
Ptolomeus
Marinus
Viresco vulnere veritas
Strabo
Aratus
Polibius
Hipparchus
Geometria
Astronomia
1 2
3 4
5 6
7 8
9 10
Arithmetica
Musica
IB F
MERCVRIVS

PANDECTAE

Locorum communium, præcipua rerum capita & titulos, iuxta ordinem elementorum complectentes.

Cum adiunctis locorum ac paginarum numeris, tum charta insuper ad manū parata, quantum cuiq; loco sufficere visa est. In quā velut in proprias sedes ac nidos, quicquid vsquam ex omni autorum lectione, memoria dignum occurrerit, studioso lectori, pro suo cuiusq; delectu, reponere, rursumq; eadem tanquam ex memoriæ promptuario exprimere, quæ libeat, liceat.

Per *Ioan. Foxum.*

LONDINI,
Excudebat Iohannes Dayus.
1572.
Cum gratia & Priuilegio Regiæ Maiestatis.

Pro ſtudiis fœliciter prouehendis, ad Chriſtum precatio.

Agimus tibi gratias, Omnipotens cæli terræq́ dominator Chriſte, ſummi Patris vnigenite, qui ſingulari ſanguinis tui beneficio, genus noſtrum infœlicitèr collapſum, in ſpem æternæ fœlicitatis repoſuiſti: addito inſuper arrabone ſpiritus tui, & promiſſionis certiſſimæ, qua certò ſcimus, quicquid tuum eſt, nihil nobis defuturum. Verùm quoniam adhuc carnis huius mole & ſenſu onuſti, in inſidioſo huius mundi pelago fluctuamus infirmi, cæci, & imperiti: rogamus, ita nos confirmet bonitas, ſicq́ præcedat moderatrix ſapientia tua, vt nuſquàm à rectæ pietatis linea, nuſquàm à ſimpliciſſimo voluntatis tuæ archetypo tranſuerſi abripiamur. Nihil enim fœlix, quòd ſine numine tuo noſtra pertentat opera. Et cæca omnis humana eſt ſapientia, vanaq́, quæ eſt extra te: falſa, quæ te nõ ſapit, qui ſolus veritas es ipſa, fallere neſciens. Adſit itaq́; mitiſſimè IESV, diuinæ gratiæ tuæ & veritatis lux, ſicq́; affulgeat ingenijs & ſtudijs noſtris, necubi in vllam terrenæ ſapientiæ vanitatem impingamus: ſed puri ab omni rerum cæterarum contagio, ſemperq́; in te quotidianis fidei auctibus proficientes, beneficio tuo ea quæ ſolida ac ſalutaria ſunt arripiamus: quæq́; arripimus, humili obedientia conuertamus ad gloriam tui nominis, pietatis lucrum, ac illuſtrandæ Eccleſiæ tuæ profectum: regnaturi tandem tecum, & cum Eccleſia tua in beato illo conſortio Patris tui, & Spiritus ſancti, cui per omnes Eccleſias omnis ſit honor. Amen.


MVNIFICENTIA
REGIA. 1715
GEORGIVS D.G. MAG. BR. FR. ET HIB. REX. F.D.
J.P
Sc.

DE TOTA RATIONE, conſilio, & praxi locorum Communium, ad ſtudioſam iuuentutem

Præfatio.

De locorum communiũ neceſſitate & ordine.

INter omnes qui hactenus de formandis ſtudiis ſcripſerunt, vt nemo eſt, qui locos, quos cõmunes appellant, non cuiq; neceſſario comparandos cenſeat: ita dolendum videtur, quòd vt cæterarum rerum, ita & huius nulla ab iiſdem certa præſcripta ſit formula, nec vllus locorum modus conſtitutus, eo ordine ac numero, vt nec in numero quidem ipſo modus, nec in ordine methodus deſideretur. Qua in re permagna opus eſt vtrinq; ſane cautione. Quanq̃ nec abnuerim, quod negari non poteſt, nonnullos etiam iſtorum, qui in hac profeſſione laborarũt, imaginẽ huiuſce rei qualemcunq; iuuentuti propoſuiſſe: ſed ita, vt contenti tantum propoſuiſſe, cætera diſcentium ingenijs, pro ſuo cuiuſq; arbitratu digerenda reliquerint. Quo factum eſt, vt infinita prope eſſet in locis deſcribendis varietas, dum nulla certa methodo in cõmuni propoſita, tot fere locorum inueniantur formulæ, aliæ ab alijs diuerſæ, quot ſtudioſorum iudicia, quot capita: dum hic ſibi plures, hic pauciores locorũ ordines præfigit. Alius eoſdem fortaſſe, ſed alio diſpoſitos ordine diſtribuit. Eſt qui nullum in deſignandis locis ordinem ſibi obſeruandum putat. Nec deſunt, qui memoria freti nullam prorſus ſcribendi requirunt ſecuritatem: vt eos interim taceam, qui vel moleſtia ſcribendi, vel colligendi inſcitia impediti ideo locorum nulla vtuntur ratione, quia nihil hic certum, ſicut cæteris in præceptis vident, quod ſequantur. Accedit & his diuerſum genus eorum qui immodice atq; ad ſuperſtitionem anxij tot ferè locos ſtatuunt communes, quot ſunt in artibus & natura rerum tituli. Hiq; nullum congerendi ferè finem, aut modum faciunt. Nec minor in vſu etiam locorum diuerſitas apud ſtudioſos. Non quod horum tamen inſtituto vel moroſius obſtrepam, aut arrogantius præiudicem, qui ſuo hic iudicio, tanq̃ in re libera vti malint. Quid ni enim liceat? verum quum hanc ſtudiorum partem imperfectam. ac ſemiinchoatã a ſuperioribus eſſe relictam aduerterem, putaui hac quoq; in re conſulendum ſtudioſæ adoleſcentiæ, quo alacrius ſimul & fœlicius in hoc ſtudiorum curriculo, circulum illum quem ſibi quiſq; propoſuit, expediat perficiatq;.

Locorũ ordo & diſpoſitio.

Nunc itaq; quum in locis ijs, quos dixi, duplex ineſſe labor, primum in ſcribendi moleſtia, tum in ordine diſpartiendi, ſoleat: nos vtraq; pariter difficultate curam voluimus ſtudioſorum exonerare. Ac primum quod ad ordinem attinet, quoniam non vna eſt, ea de re, inter eruditos opinionum conſenſio, quorum alij a diuinis ad humana ſeriem deducũt: alij iuxta pugnantia & affinitates virtutum & vitiorum capita colligunt locorum: nonnulli rurſus confuſa congerie, certo quidem numero pauca, ſed nullo perfecto ordine, atq; ad ſtudia ſolum humanitatis pertinentia, ſat habent principia quædam locorum enumeraſſe: nos ex omnibus ſeligentes quod expeditiſſimũ ad omnem ſtudiorum vſum & praxin videri poſſet, nihil magis ex vſu fore ſtudioſæ iuuentutis rati ſumus, quàm κατὰ στοιχεῖον, hoc eſt, vt elementorum ordinem vulgo vſitatiſſimum ſequentes, certa quædam locorum capita, & principia, vt quæq; generaliſſima videbantur, ſtatueremus: non quæ tantum ad orationis copiam, dicendiq; vſum facerent, ſed quæ item ad Theologos, Phyſicos, Iureconſultos, Medicos, Mathematicos, cæteroſq; cuiuſcunq; profeſſionis opifices æquè pertinerent.

Quin nec eo contenti ordinem duntaxat indicaſſe, effecimus inſuper opera Typographi, et & ipſe deſcribendi, & concinnandi labor literarum ſtudioſis adimeretur, porrecto his tanq̃ ad manus libro, cum notulis locorum, indiceque appoſito tabulari, ac figurarum conſignatione (quibus in rebus pluſculum alioqui laboris ineſſet) deſcriptis, atque ad manum paratis. Vt iam nihil reſtet amplius, niſi quod in ſua cuiuſq; excerpendi diligentia ſitum eſt: nempe vt per omnia ſcriptorum artiumq; genera circumuolitancumuolitantes, ad ſingulos locorum titulos, ceu memoriæ apothecam quandam, ſcite ac diligenter referant, quæ quotidianus lectionis vſus adnotanda ſubminiſtrat. Quanq̃ & hanc etiam laboris partem ſupplere haud erat difficile, ſi Maximum, Stobæum, Polyantheō, Florilegum, Valeriū, Noctes Gellianas, Laertium, Anthologicon, Gnomologias Demoſthenis & Iſocratis, cæteroſq; huius albi Græcos & Latinos ſecutus γνωμογράφους, qui miſcellania, qui viridaria, qui flores Poetarum, & Philoſophorū, qui ariſtologias Pindari, quiq; è Platone & Cicerone ſelectas ſententias in compendium redegerunt, locos communes tractare, non indicare voluiſſem. Nequè enim materia, nec occaſio defuit efficiendi, ſi occaſionem potius quàm conſilium hic ſequi libuiſſet. Sed non tam malè conſultum volebam diſcentium ſtudijs, vt quorum ſuccurſurus eram induſtriæ, eorum fouerem ignauiam. Quid enim illiberalius, aut ſtudijs ingenijſq; formandis inutilius, quàm in deducticijs aut ſurrepticijs iſtis lacunulis deſidere, præteritis ipſis fontibus, vnde eadem hæc, & plura, multoq; fœlicius hauriantur? Nec dum mihi ſatis conſtitit, pluſne damni an commodi ijs acceptum debemus, qui plagium huiuſmodi in re literaria exercentes, ex integris authoribus carpſim hinc inde detruncatas ſententiolas proponant adoleſcētibus, quas vt ipſi magis ex authoribus pro ſuo cuiuſq; iudicio decerperent, non paulo præſtiterat. Quemadmodū enim in pecunijs vel aſſeruandis vel erogandis cautiores plærunq; ſolemus eſſe, quas ipſi multo ſudore noſtro peperimus, quàm quæ temerè aliena largitione obueniunt: ſicutquè floſculis aliena manu lectis libenter quidem vtimur, at cum ipſi in pratorum vireta expatiantes, atq; ex radice adhuc ſpirantes recens, cum libero delectu eos quos cupimus, reuellimus, duplex demum accedit amœnitas: primùm, quam ex floſculis ipſis, tum quam ex deambulationis oblectatione capimus: Non ſecus in locorum collectione non paulo mihi præſtabilius videtur, vt conſueſcant adoleſcentes, ex autoribus ipſis potius quàm ex ſummularijs iſtis colligere, aut per indices librorum locupletiſſimos licet, ceu per aliena aluearia fucorum ritu circumiactari: vel quia ita tenacius memoriæ inhærent, fiuntquè iam noſtra, quæ ſtudio noſtropte acquiruntur: vel quia cum ipſis ſimul locis vtendi etiam ratio indidem facilius ex imitatione eorum, è quibus colligimus ſcriptoribus, addiſcitur. Vt interim ne commemorem cæterarum rerum multiplices fructus, quos conciliat nobis præter locorum materiam, frequens aſſiduaquè autorum lectio, veluti rerum variarum vſum & experientiam, ſine qua cæca & indocta eſt doctrina ipſa, ſapientiam indies ſuccreſcentem, diſcendi ſcribendiq; facultatem, iudicandi prudentiam, ingenij maturitatem. Nam hæc omnia ex crebra autorum conſuetudine ſenſim in animos noſtros transfunduntur. Non aliter quàm in moribus vitæ, eorum potiſſimum ingenia referimus, ac naturam imitamur, quorum maximè contubernio aſſueſcimus, ſiue probi ſint, ſiue ſecus. Idem neſcio an efficacius etiam in lectione contingat, vt tales euadamus plærique, quales autores ſint, quos euoluimus. Sic qui amœnioribus capiuntur muſis, pluſculum ferè humanitatis & candoris in vita præ ſe ferre videmus. Qui oratorium ſectantur genus, ſplendidi, cultiq; orationis magis eſſe elegantuli ſolent: Qui philoſophicum, ſibi fermè philoſophorum mentem habitumquè aſciſcunt. Itemq; qui ſcholaſticum, & pugnax hoc Theologiæ genus ſecuti, in eo omnem triuerunt ætatem, tanquā φύκια piſciculi in petris (vt narrant) marinis: eos plærunque moroſos, inſuaues, cunctaquè vertentes in ſaliuam contentionis, quam imbiberunt, aduertimus. Mirè enim agilis vis quædam mentis nobis à natura indita eſt, dociliſquè ad omnia: tum autē nuſquam docilior, quàm ad deteriora. Quo magis proſpiciendum, vt literis & ingenuis artibus nati adoleſcentuli, ilicò ad ipſos remittantur autores, eoſquè quàm optimos: vbi ſuum liberè exercentes delectum, pariter cum locorum idonea ſupellectile, in omnem vitæ vſum vtilia præcepta, ſanctaſq; de vero opiniones imbibant, multo ſanè tum vberius, tum aptius quàm ex ſummularijs iſtis rhapſodijs, aut indicum congeſtis centonibus.

Aſſidua lectio quam vtilis ſit & fructuoſa.

Indices librorum quatenus conducunt.

Non quòd negem tamen & ijs ipſis ſuam conſtare vtilitatem, eamquè non vulgarem, præſertim apud eos, quibus vel librorū copia deſtitutis non licet, aut alijs vitæ munijs diſtentis non vacat operam euoluendis voluminibus nauare. Sed tamen dum his conſulimus, cauenda eſt labes alia, tanto grauior, quanto communior: ne iuniores interim, qui procliues à labore ad ocium feruntur, contenti his excerptiunculis, hincquè falſam ſibi doctrinæ perfectionem pollicentes, cæteros vel non attingant ſcriptores, aut ſupinius in ijs verſentur. Fiatquè hoc modo, vt quemadmodum ijs qui epitomas ſcripſerunt, interitum autorum, velut Trogi Iuſtino, Liuij Floro, legum Romanarum Iuſtiniano nonnulli aſcribunt: ita & iſti ſuis conſarcinandis floſculis, ipſos demum ſcriptores è manibus excutiant. Verùm vt nihil hic timendum ſit periculi, certè illud extra controuerſiam eſt, non paulo magis referre in rem ſtudioſorum, vt ipſi apiculas imitati, gnauiter per omnia autorum genera, velut roſeta quædam circumuehantur: indequè ſuccos, quos quiſquè iudicat ſibi aptiſſimos, ad mellificium exugat, atq; in conditorium referat. Ita fiet, vt cum locis pariter iudicium, ingenium, vſus, inuentio coaleſcat, memoriæ conſulatur: rerum, naturarum, exemplorum, ſententiarum, loquutionum, hiſtoriarum multiplex apparatus, ac fœliciſſimum quoddam omnijugæ copiæ cornu, præter hæc orationis inſuper concinnitas conſequatur vltro. Adde huc, quòd quum locorum vberrima nobis ſylua hunc in modum comportata ſit, tum verò eiſdem non ſolum rectius ex ipſa autorum obſeruatione, ſed & audacius iam, honeſtiusq; tanquam proprijs vtuntur: quos noſtra, vt dixi, non aliena congeſſit diligentia.

Indicibus ſeu tabulis librorum quomodo vtendum.

Quoniamq; de indicibus ſupra iniecta mentio eſt, de horum quoquè vſu admonendi ſunt literariæ militiæ tyrones: non vt eis omnino ne vtantur, ſed ne nimium his affixi, id quod vtiliter ad compendium inuentum ab alijs ſit, ſibi vertant in diſpendium. Quid enim inutilius ad frugem ſtudiorum, quàm ſemper in re quaquè indaganda ad indices recurrere? Quod etſi per ſe reprehendendum non ſit, attamen nihil aliud quàm ad indices ſemper recurrere librorum, quos tu nunquam fortaſſe integros, vix etiam dimidiatos perlegeris, nec (quod turpius eſt) ſtudes legere, vix mihi ingenuæ verecundiæ, parum ſanè docto dignum, minimè verò commodum eſſe diſcentium profectui videtur. Et qua tandem fronte illius te venditabis autoritate, in quo hoſpes ſis ferè non minus quàm apud Indos, cuiuſquè nihil penè, præter vnam ſententiam miſeram ac fruſtulatam tenes, quam nec tua ex lectione, ſed ex indice didiciſti? Non quòd ex indice citare non liceat, aut vſum eorum in totum reijciam. Sed videndum interim, quæ hic moderatio adhibenda: nec quid decet ſolum, ſed quid cõſultum etiam: non quid compendij ſit, ſed vt compendij conſtet ratio, cogitandum eſt. Quanquam non equidẽ arbitror fruſtra repertos eſſe, receptoſq; indices. Præſtant enim præter compendium, haud exiguos etiam fructus in omnes ſtudiorum partes, ſi dextrè conficiantur, maneantquè intra fines, vſuſquè legitimos. Tum autem rectiſſimè in vſum accommodantur, quum neceſſitati aut celeritati adminiculantur, non ſuccurrant ſocordiæ. Poterit enim incidere nonnunquam, vt ſubitò atquè ex tempore dicturus de re propoſita quiſpiam, tempus ociumq; autores quos velit, euoluendi nõ habeat. Eſt item alius, qui quotidie de more profeſſurus, neceſſe habet è multis multa congerere. Sic ſi quando caſus ferat, vt exprompte ſit exquirendum in autoribus aliquid, quod per obliuionẽ ſuffugerit (quis enim memoria tenere omnia poterit) nimirum his neceſſaria ſuppeditabunt adminicula conſulti indices. Perducunt enim ceu veſtigijs ac compendio ad ea quæ indagamus: at ijdem minimè tamẽ perducunt ad omnia, efficiunturq; ipſi à doctis verius, quàm doctos efficiunt.

Indicum vtilitas & vſus.

Denique quum omnia præſtiterint vel perfectiſſimi etiam indices, plurimum tamen ab eo abſunt, vt pro locis communibus haberi aut poſſint, aut debeant. Nam vt nihil hic de his dicam, quos paſſim videmus, cuiuſmodi ſint, haud iam excutio: at demus eſſe numeris modiſq; omnibus abſolutos, ac pluſquàm perfectos indices: attamen quanta autorum portio, optimorum etiam, prorſus omni vacat indice: maximè ſi de poetis comicis, tragicis, lyricis, & oratoribus, tum Græcis penè omnibus loquendum ſit: cùm tamen rerum collectiones à nullo non ſcriptorum genere, tum ab ijs potiſſimum peti ſoleant. Quid igitur? aut hos omnino non leget tyro noſter, aut nihil in ijs magnopere tenendum habebit ſine tabella indiciaria. At demus, ſingulis ſcriptoribus ſuum apponi indicem, aut alioqui apponendum breui. Nequè enim difficilis fortaſſe labor. Demus inſuper & illud, omnes omnium librorum indices ſumma et exquiſita cõgeſtos cura, vno comprehenſim volumine proponi adoleſcentibus, quo expeditior ſit ſingulorum inſpectio. Poteſt & id etiam fieri, fueritq́; ſanè optabile. Attamen quum ijdem per ſe ipſi nihil monſtrant, ſed aliunde nos aliò remittant ad certas paginas lineaſq́; autorum: neceſſe iccirco fuerit pariter cum indicibus, librorum etiam, quibus ſubſeruiunt, copiam præſentem ſuppetere. Iam vt illud quoquè ponamus æquè eſſe facilè, vt omnes vbiquè librorum omnium commeatu circumfluant, quid, an nunquam continget te abeſſe à libris? Nunquam prodibis peregrè? At feres tecum indices. Quid tum, ſi relictis domi codicibus, ad quos tranſmittunt indices? Atenim mutuabis alicunde. Age vt id contingat etiam, ſitq́; tam factu quàm dictu facile. Largiamur enim, quæ in votis quàm vſu citius veniunt. Quid tandem ex his omnibus te conſecuturum ſperas, vt iam iſtis inſtructus præſidijs, locis communibus nihil egeas? Tota erras opinione. Siquidem permulta in locos communes cadunt, ad vſum & tractationem ſtudiorum neceſſaria, quæ indices tui nec perfectiſſimi recipiunt: veluti ſimilitudines, alluſiones, metaphoræ, prouerbia, deſcriptiones, emblemata, ac ſchematiſmi orationis, locutio nonnunquam aut verbum venuſtius. Adde huc ſententias, quæ cum tot modis orationi ſeruiunt illuſtrandæ, parciſſimè tamen in indice occurrunt. Exemplo ſit ſententia: neruos eſſe ſapientiæ, Μέμνασο ἀπιστεῖν, citata ex Epicharme: quæ dextrè adhibita orationi, addet nonnihil ponderis: in indice verò vbi nam reperietur? Sic apud Pindarum, Sophoclem, Euripedem, dignas locis cómunibus ſententias comperies: quarũ non ſolum nulla apud indices mentio, ſed nec ipſorũ etiã vllus extat index. Sed hæc vna cœteris æſtimandis abundè ſuffecerit.

Indices & loci communes quid differant.

Cicero lib. 2. Epiſt. ad Atticum.

Cicero pro P. Seſtio de ſeditione verba faciens, Conſules duos appellat turbines reip. Metaphoram non præteribit fortaſſe locus communis de ſeditione, index verò negliget. Rurſus Phil. 11. de L. Antonij fratre loquens Cicero: Quam (inquit) facē? quod ſcœlus? quem gurgitem? quam voraginem? quid eum nõ ſorbere animo? quid non haurire cogitatione? cuius ſanguinem nõ bibere cenſetis? quæ Metaphora inter locos communes repoſita vſui aliquando fuerit: in indice nec locum habeat, nec vſum. Idemq́; alibi vultum deſcribit iracundi hominis, labra trementia, flammantes oculos, &c. Quid dicam porrò de epithetis, quorum vſus non ſolum in carmine neceſſarius, ſed & oratori interdum peropportunus exiſtit? Vt interim ne commemorem integra carmina, à poetarum libris ſubinde repetita etiam à magnis autoribus: quemadmodum Plutarchus ex Homero, Hieronymus è Marone, alijq́; ex alijs, multa ſuis aſpergunt opuſculis. Hic quid tandem index quæſo tuus iuuabit? loci autem communes plurimùm. Sunt & aliæ non obſcuræ diſcriminum notæ, quibus inter ſe loci communes indiceſq́; diſſident: quòd hi videlicet in alijs oſtendunt, illi verò ex alijs deſumunt materiam tuo inſtituto accommodam. Cæterum quod maximè ad rem noſtrã attinet, præcipuum hoc diſcrimen habent, quòd indices nihil, niſi quod ipſe requiris, demonſtrant: loci, quid etiam requirendum ſit: nec materiam ſolum, ſed & vſum in omni argumento ſuggerunt. vt ſi de continentia (verbi cauſa) dicendum, quibus hic exemplis, quibus ſententijs vtendum ſit, indices te nihil inſtruent: loci autem ilico te admonebunt Scipionis, Alexandri, Hyppoliti, Ioſephi, &c. quorum hiſtorias poſtea ab indicib. ſi requiras, fuſius pertractatas inuenies.

Cicero Philipica. 2.

Epitheta.

Ex ijs itaq; quæ de locorum hactenus natura diſſeruimus, abundè conſtare arbitror, quanta ſit horum, quamq́; per omnes diſciplinas diffuſa non vtilitas modò, ſed & neceſſitas: quæ mihi tam latè patêre videtur, quàm ipſe literarum vſus, & rerum memoria. Nam ſiue de inferioribus quidem illis, ſiue ſummis maximiſq́; diſciplinis loquamur, quis non videt, nullum tandem artium omnium, maximè quæ in actione verſantur (nam de Mathematicis hîc non agimus) genus eſſe, cui non locorum collectiones, ceu notæ quædam communes, memoriæ neceſſariò ſubſeruiant. Vt enim Grammaticos primùm, vt Dialecticos omittam, quibus ex tanta autorum turba tot colligenda ſunt epitheta, phraſes, ſententiæ, propoſitiones, definitiones, axiomata: quid poetæ, quid hiſtorici, quid rhetores & oratores, in quibus propter laudationes & vituperationes, perfectam virtutum & vitiorum cognitionem, quemadmodum & cæterarum rerum omnium requirit Cicero, vel arte ſua ſine memoria, vel memoria ſine locorum notatione præſtabunt? Quid quod medicis etiam & iureconſultis, quibus ſæpe

Omnibus neceſſarij loci communes.

bus ſæpe de iure, de exemplis ciuitatum, ac de natura nonnunquam vocabuli lis oritur, non vulgare: maximum verò phyſicis & philoſophis, quorum de omni rerum inueſtigatione laborat profeſſio, compendiũm aſſerunt locorũ adiumenta. Sed eadem nulli propius magiſq; ex vſu conuenire arbitror, q̃ theologis: in quibus exactum de omni re iudicium, multiplex rerum & exemplorum varietas, antiquitatis notitia, conſiliorum diſſidia & ſuffragia, ſcriptorũ perceptio memoriaq; requiritur. Sed de his infrà fuſius ſuo loco annuente Chriſto. Atq; hactenus conſilij mei rationẽ in his nudis locorum capitibus propoſuiſſe ſuffecerit: ſupereſt vt de vtilitate deinceps locorũ, deq; vtendi modo paucis ediſſeramus.

Cui vſui ſubſeruiunt Communes loci, quæq; hinc paratur vtilitas.

De vtilitate & fructu locorum communiũ

Duabus in rebus omnis cernitur ſtudiorum ratio, lectione, exercitatione.

QVvm autem duabus potiſſimum in rebus ſita omnis ſtudiorum noſtrorum ratio vel lectione, vel exercitatione comprehenditur: quarum altera ad diſcendum & ad iudicandum, altera ad docendum accomodata eſt, ad vtramque conducunt non mediocriter locorum communium adminicula. Atquè de actione dicemus poſtea: paucula interim altero de genere perſtringemus, ſed breuitèr, tantòq; breuius, quantò hæc pars paucioribus eget præceptionibus. Et tamẽ cum nihil vſquàm ſit, quod certa methodo & conſtitutione non cõtinetur, ſimul & iuuatur: experiemur & hic iuuenilẽ ſolertiam (quod fieri a nobis poterit) artis aliqua cõmoditate & ordine ſubleuare.

Digeſtis itaquè conuenienti præparatione locis communibus, ſic vt res ſingulæ ad ſua capita, velut ad propriam claſſem, apta quadã diſtributione (permagni id enim retulerit) reducantur, proxima ſit curæ pars, vt rerum plurimarum exactam cognitionem, ac locupletiſſimam ſyluam ex omni authorum turba ſibi quiſq; comparet. Qua in re primum delectu diligenti, tum cautione non vna opus eſt. Delectus in hoc adhibendus, vt quos intelligimus præcipuos eſſe, ac principatum in omni arte tenere autores, nobis præcipuè proponamus. Interim nos principatum illum atque excellentiam non ætate ſolum, & annorum numero: ſed rerum pondere, grauitate, ſapientia, ingenio, doctrina, methodo, tractandiq; fœlicitate metiamur. Has virtutes, quia in recentioribus, quamlibet inuentis aliorum typiſq; adiutis, pares adhuc non comperi, antiquiores equidem liquido prætulerim. Quanq̃ non ſic inhærendum priſcis melioribus quidem illis, vt cæteros non multo etiam inferiores nullo habeamus numero. Nullus tam plebeius ſcriptor eſt, aut deſpicatus, qui non vtilitati ſtudiorum adiungat aliquid. Primum igitur legendi illi, ſed non ſoli tamen illi. Per omnia (vt ſemel dicam, ſcriptorum ſubſellia circumferatur, qui perfectum aliquid in literis præſtet. Aut ſi id fieri non poſſit, præſertim in tanta ſcribendi prurigine, tamq; infinitis librorum gargaris, legat quiſque quos queat, contemnat neminem. Sunt qui ſolo contenti Cicerone, neminem ſibi alium requirendum putant. Simili opinor ratione, qua Pomponium Lætum aiunt in omnem vitam à Græcis abſtinuiſſe literis, ne qua peregrinitas, ſermonis natiuum florem vitiaret. Quorũ ego inſtituto non admodum refragrarer, ſi in vno Cicerone vt multarum, ita omnium etiam rerum notitiam comprehendi intelligerem. Atquè vt præclarè quidem iſti & eloquentèr de varijs, de nulla tamen re fortaſsè ſatis, nunquàm certe omnia dicturi ſunt. Verùm vt meum non eſt præſcribere, quos, quoquè ordine quiſque autores legat: ita illud ad inſtitutum in primis attinet admoneri.

Delectus in legendis autoribus.

Primum, in his quos legimus, ne qua temerè citraque delectum leuia ac minutula, vt quicq̃ puerili ingenio primo aſpectu applauſerit, colligant. Deinde cauendũ ne quorundam inconſultam rationem ſecuti adoleſcentes, dum quædam magna attentione aſſectantur: alia rurſus quæ ad rem magis conferunt, vel imprudentia non aduertant, vel negligentia prætereant. Videas enim non paucos, qui in locis colligendis communibus, id vnicè ſtudio habent, vt exempla tantum, & hiſtorias, aut τὰς γνώμας, ex optimis quibuſque poetis, ac hiſtoricorum libris decerpant. Quorum equidem operoſam induſtriam, vt non redarguo, ita in noſtro philologo non id ſatis erit, niſi inſuper eorum nihil prætermittat, quæcunque ad naturam rei perquirendam atquè illuſtrandam quoquo pacto contulerint: puta quæ ſint rei illius, quam tractat,

Cautio in locis colligendis adhibenda.

apud autores definitiones, quamquè variæ ſint, quæ diuiſiones afferantur, quæ partes, partiumq́; inter ſe diſtinctio, quod proprium eius munus deſcribitur: quæ eius cauſæ, finis, quæ effecta: item quæ obiecta, aut ſubiecta: quid deniq́; conſequens, quid diuerſum ſit. Qua de re fuſius mox paulò, loco forſan oportuniore agetur. Præter hæc inſuper, ſi quod adagiũ inſignius, ſi qua tranſlatio concinna & arguta, apophthegma, ac ſcitè dictum, ſi qua ſimilitudo aptè quadrans, ſiue apologus appoſitè confictus inuenietur, vel ſi quod vocabulum, locutioué elegantior latiniorq́; eadem de re ſe offerat. Poſtremò, quæ ſunt aliorum in hac materia opiniones, quæq́; aduerſariorum obiecta: hæc (inquam) omnia libris deſtinato adoleſcenti breuiter aſcribenda, ac in locorum diarium congerenda ſunt. Exemplis ſingula proſequi perlongum foret, nec adeò in re tam luminoſa neceſſarium. Verum vt anſas modò rei æſtimandæ ſuppeditemus, finge de hiſtoria proponi materiam. Non hìc tradimus inueniendi illam, quæ propria Dialecticorum eſt, ac vicina etiam Rhetoricæ, rationem, quibus argumentationum locis vtendum ſit: ſed in aliorum inuentione quid tibi obſeruandum atq́; excerpendum fuerit, admonemus. De hiſtoria itaquè leges cum apud alios multa, tum in Ciceronis Oratore, & alibi etiam præclarè deſcriptam his verbis ſententiam: Hiſtoria (inquit) teſtis temporum, lux veritatis, vita memoriæ, nuncia vetuſtatis, &c. Et alio in libro, a contrarijs priuatiuis argumentans: Neſcire (inquit) quid antequàm natus ſis acciderit, id eſt ſemper eſſe puerum. Quid enim eſt ætas hominis, niſi cum memoria rerum veterum cum ſuperiorum ætate contexitur? Et mox effecta eius perſequens addit porrò: Commemoratio autem antiquitatis, exemplorũq́; prolatio ſumma cum delectatione, & autoritatẽ orationi affert, & fidem, &c. Verba ipſa, quoniam luculenta ſunt, etſi non deſumet, rem tamen, & vim rationum comportabit in farraginem ſtudioſus noſter Vliſſes.

Ad hæc, ſi de re bellica tractet, partitionis extat ſpectabile exemplum in lege Manilia, vbi imperatoriam facultatem in quatuor tribuit formas, fœlicitatem, autoritatem, &c, notus enim eſt locus. Voces tranſlaticiæ, & alluſiones metaphoricæ permultum venuſtatis addunt orationi, quarum ſæpè apud multos, ſæpius autem apud Ciceronem obuia exempla ſunt: veluti cum in Bruto deſiderans oratorem, cum requirat, qui poſſit animis iudicum admouere orationem, tanquam fidibus manum. Et idem alibi, de copioſa loquens oratione: Vt nimis (inquit) redundantes nos, & ſuperfluentes iuuenili quadam dicendi impunitate & licentia reprimeret, & quaſi extra ripas diffluentem coerceret, vbi cuncta ſunt ferè tranſlatitia. Nec minus ſcitè Quintilianus lib. 10. cap. 1. de Cicerone loquens: Non pluuias (vt ait Pindarus) aquas colligit, ſed viuo gurgite exundat, dono quodam prouidentiæ genitus, in quo totas vires ſuas eloquentia experiretur. Locus eſt communis, ad titulum pertinens eloquentiæ. Eiuſdem ſchematiſmi & illud ſit, quod ad ciuilem gubernationem accomodari poteſt ex Cicerone, ad Attic. lib. 2. vbi de ſeſe loquens hæc habet: Iam pridem gubernare me tædebat, etiam cum licebat: nunc verò cum cogar exire de naui, non abiectis, ſed ereptis gubernaculis, cupio iſtorũ naufragia ex terra intueri. &c. Sed congerendis exemplis, quæ infinita ſunt, ſuperſedeo, preſertim cũ poſtea fuſius erit de his tractandi locus, largiente Chriſto. Interea quæ hactenus producta ſunt (vt & illud obitèr admoneam) non eò pertinent vt ad ſtrictam hanc rationem omnes eſſe cogendos putem: ſed vt ſpecimen modò & vmbram exhibeam, quid ſequendum ſit his, qui nihil eorum quæ vſui quocunq́; modo inſeruiant, ſibi prætermittendum cenſeant. Non enim leges (vt antè à me dictum eſt) dictamus, quantum cuique ſit colligendum, nec cuiuſquam præiudicamus libertati: ſed cum in tanta rerum varietate multa neceſſariò colligenda ſunt ei, qui cum fructu in autoribus verſari velit, locos paratos, & ad certum redactos ordinem in manus præbemus adoleſcentibus: quos ſecuti, in excerpendo confuſionem vitent, ſimul & naturam adiutent. Niſi ea verò ſit memoriæ firmitas, naturæq́; fœlicitas, quæ ſatis ſua ſecuritate nixa, comportatis iſtis diligentiæ præſidijs nihil egeat.

Sed quoniam non omnes Mithridates eſſe, aut Catones poſſumus, paucoſquè gallinæ huius filios albæ reperias, præſertim his temporibus, langueſcente neſcio quo pacto rerum vigore: conſilio non indignum fuerit, ſi qui naturæ diffidant, artis ſuppleant commoditati, quod [illegible] historicos, theologos denique scriptores quoscunque. [illegible] negociorum multiplicis [illegible] lecti quem [illegible] in [illegible] Reipublicæ vtiliorem publicè [illegible]

Quo pacto singulis artibus loci communes subseruiant.

Quæ hactenus [illegible] in genere [illegible] a nobis sunt de prouisione locorum vsu, [illegible] Nunc pariter ista vt distinctius [illegible] in partes recolligamus, quo studio singuli pro sui quisque professione, ijsdem vti possent, locus me [illegible] si postularet, ni parum præfatiolis ne prolixitas retraheret: partim ob hoc ipsum etiam, ne cæterorum viderer ingenijs diffidere. Vt igitur quæ præcipua sunt, quam [illegible] attingam: Qui se Grammaticos dicunt, primoq; tum studiorum ingressi tyrocinio, [illegible] ab ipsis inde exordijs incipient in locorum classes referre primum [illegible] nihil, nisi quod insigniter floulentum, conspicuumq; sit. Inter insignia verò illa, non solum flores, & sententias poetarum cū numero: sed (vt modò admonitum est, idemq; iterum repeto) si qua phrasis etiam illustris, aut dictio plausibilior, similitudo, siue descriptio vnquàm occurrat, si quod item epitheton ad carmē faciens, quod in sibi postea vsui esse in imitando poterit: cuiusmodi apud Poetas plurima, multa etiam apud alios obueniunt velut apes Vergilius Hyblæas nuncupat: [illegible] Sabellicum, vellera Milesia Horatius martiales lupos, Thessala venena. Cæterum in his Græcorum multo copia frequentior, tum fœlicior gratia est: è quibus quæ ad carmen aptiora videbuntur, suis mandare locis licebit: vt aurora [illegible] dicitur, [illegible] tauri [illegible] dixit Homerus, agnos [illegible]: quemadmodum Pindarus Siciliam fertilem, [illegible] appellat. Sophocles, tubam Tyrrhenicam, seu χαλκόστομον vocat. [illegible] apud Nazianz. dicuntur. [illegible] apud Homer. Sed hæc ad imaginem rei exprimendā suffecerint.

Similitudinis ac descriptionis latè patent apud authores exempla, quæ studiosus inter locos colliget. Vnum admonendi gratia adnotabo è Cicerone petitum: Sed ita est, iudices, vt si gladium paruo puero, aut si imbecillo seni, aut debili dederis, ipse impetu suo nemini noceat: sin ad nudum vel fortissimi viri corpus accesserit, possit acie ipsa, & ferri viribus vulnerari: Ita cum hominibus eneruatis, atq; exanguibus magistratus tanquàm gladius est datus, qui per se pungere neminem vnquàm possit, hi summi imperij nomine armati rempublicam contrucidare valebant.

Fabulas non tam ipsas, quam ipsarum vsum, ex authoribus petent: vt de Scylla, Charibdi, de Cyclope videre est apud Ciceronem, Actione contra Verrem 7. atque de Cyclopibus apud Maronem vberius Georgic. 4. Item de apro Erimanthico, Actione contra eundem 6.

Dialectici partitiones rerum, definitiones & argumenta, quæ luculentiora sunt, controuersiarū, obiecta itē, & paralogismos, atq; solutiones, vt in lectione subinciduntur, breui notatione perstringent. Physici causas colligent, naturas & proprietates rerum.

Ad Oratores spectant schematismi, & lumina verborum, descriptionesq;, quibus differti sunt oratorum nō minus quàm poetarum libri: cuiusmodi cum aliæ multæ, tum præclara quidem illa extat ambitiosi conuiuij & apparatus apud Ciceronem, Actione 5. descriptio.

Sic si libet turgidum & Pharisaicum hominis tetrici & rigidi supercilium describere aut hypocriticæ simulationis imaginem delineare, venustam habes descriptionis formam pro P. Sestio. Verba ipsa vt habent, præstat ascribere. Alter verò quàm tęter incedebat? quàm truculentus? quàm terribilis aspectu? vnum aliquem te ex barbatis illis, exemplum imperij veteris, imaginem antiquitatis, columen Respubl. diceres intueri. vestitus asper nostra hac purpura plebeia, ac penè fusca, capillo horrido. Nam quid ego de supercilio dicam, quod tum hominibus non supercilium, sed pignus Respubl. videbatur? tanta erat grauitas in oculo, tanta frontis contractio, vt illo supercilio Respubl. tanquàm Atlante coelum niti videretur. &c. Quam si conuehas inter locos,

Grāmatici.

Epitheta.

Descriptio ex similitudine.

Dialectici.

Physici.

Oratores.

eam vel iiſdem verbis proferre, vel ſimilibus imitari faciliùs poteris.

Thelogorum, qui oratoribus hodiè videntur ſucceſsiſſe, latiſſimè facultas diffunditur. Quapropter cum alij multa, hi omnia notabunt: ſi qua diuinæ potentiæ, iuſticiæ, miſericordiæ exempla non ſolum in literis ſacris, ſed in quotidiana etiam vita ſe offerant: nec modo dicta quædam è veteribus, ceu puncta ſuffragiorum colligent, ſed quæcunq; temporum propria, quæ conciliorum, quæ rerum, quæ hominum, quæq; non conſenſiones ſolum, ſed & diſſentiones authorum fuerint, lectione inueſtigabunt, memoria comprehendent, vſu proferent. Subijciamus exempli vice, Vt mirum videri admodum non debeat, ſi in magnos etiam viros opinionum cadant diſſidia: quum Auguſtinus à cæteris penè omnibus vnus, de opere ſex dierum diſſiliat: rurſusquè idem à Hieronymo, de autore omnium Pſalmorum, de reprehenſione Petri, de ceſſatione legalium, de Samuele, de morituris in fine mundi, de tempore prædicandi Euangelij in omnem terram, de negatione Petri, de creatione Angelorum: qua in re ab Ambroſio ſimul & Hieronimo diuaricat. Item de præpoſitura Angelorum, cui in hac re Origines & Damaſcenus contra Hieronimum conſentiunt. Hieronymus affirmat, licere propria perire manu in periculo amittendæ caſtitatis: negat Auguſtinus. Gregorius porrò & Dionyſius circa ordines Angelorum diſcrepant. Solus Hieronymus de promotione bigami cæteris reluctatur. Vt hic ne commemorem à Paulo reprehenſum Petrum: Pauli fortaſſe & Iacobi non concordem per omnia ſententiam, Barnabæ rurſus & Pauli diuulſionem. Quid quòd concilia etiam ipſa, Ariminenſe, Epheſinum ſecundum, & Conſtantinopolitanum illud de imaginibus, cum reliquis concilijs. itemquè & ipſa inter ſe ſubinde in multis diſſentiunt? Quin & ipſe ſententiarum ter magnus dogmatiſtes Petrus, in octo locis hodiè à Pariſienſibus non tenetur.

Locus communis de opinionum diuerſitate.

Atquè iſtud quidem propriè ad Theologos. Nunc quod magis promiſcui ſit generis, vel quod alioqui ad Ethicen propius accedat, aliud de re magis communi, exemplum in medium proferamus, quò apertius adoleſcens quid ſequatur perſpiciat. Sitq; titulus, verbi gratia: Inconſtantia, ſeu morum inſtabilitas. Ad hunc locum infinita ferè ſunt, quæ ex poetarum fabulis, apologis, exemplis hiſtoriarum, ex phyſicis, oratoribus, adagijs, apophthegmatum, & ſimilitudinum obſeruatione, ſi ſingula adnotare velis, coaceruare liceat. Veluti ex poetis Empuſam habes, in ranis Ariſtop. habes vertumnum multiformem: Vnde apud Horatium iniquo dicuntur vertumno nati, qui ſe regere nequeunt: habes & Proteum in omnia vertentem ſeſe miracula rerum: & Morphea quoſcunque velit vultus induere ſolitum. Addas licebit Ramnuſiam nunquàm ſui ſimilem, Chimeram triformem capite leonis, ore virgineo, cauda draconis, quam deſcribit Homerus, & Heſiodus: & ſimile huic portentum Horatianum varijs conflatum & diſſimilibus membris. Ianum item bifrontem, Gerionem tricorporem: & ſi qua ſunt alia apud poetas prodigioſæ varietatis figmenta. Eodem pertinent è phyſicis petita lunæ ſimilitudo ſubinde alio atq; alio vultu redeuntis, ventorum nunq̃ eandem ſtationem diu ſeruantium: Maris agitati æſtus, tum præcipuè Euripi ſepties die ac nocte inſtabili viciſſitudine reciprocantis. Occurit & Polypi mira inſtabilitas. Adde (ſi videbitur) & Chameliontem colorem ad ſubiecti ſoli habitum mutantem: Pantheri & Pardi verſicoloris variegatas maculas. Anguillam lubricam, Arundinem ad omnem auræ flatum cedentem, Ceræ flexibilem & ſequacem ad omnia molliciem. In legendis hiſtorijs audis Vliſſem πολύτροπον. Græcorum ſæpè in hiſtorijs & in Cicerone notatam leuitatem. Pœnorum fœdifragam perfidiam, lubricam Allobrogum fidem, & ſi quæ alibi ſint aliæ gentes non minus in moribus mutabiles, quàm ſunt Angli in ſuis veſtibus varij. Nota eſt vt fortunæ volubilitas, & mulieris leuitas, ſic & vulgi nunquàm diu ſibi conſiſtentis inconſtantia. Hannibalis varium ingenium depingit tibi Liuius. In Catilina conſimilẽ inæqualitatem notat Saluſtius. Occurit hîc porrò Ariſtippus, nunc hanc nunc aliam induens perſonam, quẽ (vt refert Flaccus) omnis decuit color, nunc Cynico veſtitum habitu, nunc regia vtentem purpura. Similis & Tigellius apud eundem Flaccum, Satyr. 3. Nil æquale homini fuit illi, ſæpè velut qui currebat fugiens hoſtem perſæpè velut qui Iunonis ſacra

Locus communis de inconſtantia.

Ex Poetis.

Ex phiſicis.

Ex hiſtorijs, exempla.

Ex Apologis

tro ferret. &c. Item & Apologus suppeditat tibi rusticum, qui Satyro admirante, ex eodem ore nunc calidum, nunc frigidum efflabat. Nec deſunt quæ ex prouerbijs, & apophthegmatis haurias licebit ad hunc locum pertinentia, veluti, [illegible]. Item, [illegible]. Et [illegible]. Conſimilia & his ſunt: Saxum quod ſæpius voluitur non obducitur muſco. Arbor quæ ſubinde transplantatur, haud facilè figit radices: atquè id genus alia, quarum non exigua ſuppellex ex adagiis Eraſmicis, atq; libris de copia abundè lectori ſuppetat. Ex apophthegmatis huc adijci poſſit, & illud in Ciceronem olim dictum, Duabus ſedere ſellis: item illud à Saluſtio ei obiectum, Aliud ſtans, aliud ſedens loquitur. Finitima his multa alia paſſim apud ſcriptores argutè reddita reperientur, quæ non præteribit fortaſſe auidus lector, veluti cum illud legit Ouidianum: Et tantum conſtans in leuitate ſua eſt. Rurſus ex Horatio: Leuior cortice. Et mutat quadrata rotundis. Et Romæ Tybur amem ventoſus Tybure Romam. Ex Plauto: Tipula leuior. Ex Phormione Terentij: Volo, nolo, nolo, volo, quod dictum eſt, non dictum eſt. Ex Euripide: [illegible]. Nec alienum ab hoc loco fuerit, quod de Cleone Athenienſe, (quem ἐν ἱππεῦσι perſtringit Ariſtophanes) neſcio quàm verè, ſatis quidem falſe dictum eſt, quòd alterum pedem in caſtris, alterum in curia haberet. A cuius imagine haud multũ mihi recedere videntur quidam noſtræ ætatis [illegible] τῶν θεολόγων, qui ſecularibus ſe ingerentes negotijs alterum pedem dici poterint in curia habere, alterum in eccleſia, ac pariter mundo ſeruire volunt, ſimul & Chriſto. Quin nec figuratas alluſiones aut [illegible], ſiue græcos aut latinos, ſi apti occurrant, præteribit tyrunculi noſtri calamus. Cuiuſmodi illud eſt Homericum, ἀλλοπρόσαλλον. Et [illegible]. Siue illud, τοῦ τρόχου, quod aiunt, [illegible] curſu quodam inſtabili circumagitur.

Alterũ pedẽ in Curia, alterum in eccleſia habere.

Hunc in modum rudi quaſi carbone qualemcunque nos vmbram rei gerendæ deliniaſſe ſat ſit. Plura tum de hac, tum de alijs rebus ſua cuiuſque lectio ſuggeret. Nos enim non hic materiam, ſed excerpendi tantum ordinem oſtendimus. Atquè de lectione quidem hactenus, in qua tamen ipſa nulli, vt dicebamus, præiudicij noſtri imponimus neceſſitatem: præſertim quum res hæc eiuſmodi ſit, quæ cuiuſque iudicio relinqui potius, quam alienis præceptis comprehendi debeat. Reſtat vt de altera ſtudiorum parte, quam dixi, viciſſim (Chriſto nos ducente) exigamus.

De Tractatione, ſeu Exercitatione locorum communium.

De tractatione locorũ communiũ.

POſtquam igitur hunc in modum Philomates noſter, tanquam opulentus paterfamilias, collecta vndecunque ex omni ſcriptorum numero rerum non poenitenda congerie, locorum quaſi cellulas omnes expleuerit: ſic vt rei cuiuſque quæ definitio ſit, partes, formaſq; illius omnes, cauſas, quæ propria vis, conditioq; eius, quæ cognata, quæ repugnantia, ſententias, exempla, ſimilitudines, apologos, cæteraq; porrò ad locos ſingulos ſpectantia, in libro accuratè condita deſcriptaq; teneat: proximum eſt, vt eadem è libro in memoriam, quanta queat induſtria transferenda curet: videndumq;, ne codicem, quàm mentem habere eruditiorem videatur: ipſeq; tandem ſic vtrinque paratus & inſtructus, velut Gorgias quiſpiam, de re quaque dicturus, prodire in harenam poterit. Ad id nihil prius contulerit, quam exercitatio prius vmbratilis (quæ ſemper cum lectione coniungenda eſt) adhibita. Qua in re quammaximè ſtudioſorum requirenda diligentia eſt. Nam ſine illa iacet omnis locorum communium, ſimul & lectionis fructus.

Ac primum quod ad regendam exercitationem, & ſtyli ſtructuram attinet, non indignum labore fuerit, ſi adoleſcentes (quoniam aliqua in materia laborare oportet) horum locorum ſingulos ſingulis vicibus ſibi pertractandos aſſumant: quoad tandem percurſis omnibus, orbem vniuerſum locorum abſoluerint. Sitquè hoc cuique a ſeſe indictum penſum, quod quiſque à ſeipſo tanquam rigidus [illegible] exigat. Hic omnes ingenij neruos & eloquentiæ exerat quiſq; quantum libet. Porrò animo interim circumſpectet, vel memoria repetendo, vel conſultis etiã indicibus (nihil enim impedio) ſicubi apud Scriptores eandẽ tractari materiã, de qua ſcripturus eſt, comperiat: vt cũ his vel ſua inuenta conferat, vel ex ijs aliqua ſibi inueniendi adiumenta petat: quãq̃ ſuperius illud laudabilius, hoc fortaſſis etiam, in adoleſcente veniæ tribuitur. Semper interim cauendum, vt in verbis non ſæpè, in rebus autem furta nec crebra, nec manifeſta nimis exerceamus. Neq́; opus erit in ſcholaſtico hoc luſu laboranti, quur ſe orationis cura, aut eloquentiæ affectatione plus æquo moleſtet. Solet enim hæc cura complures ab exercendo abſterrere iuuenes: qui dum præfixa ſibi neſcio qua perfectæ & numeroſæ eloquentiæ imagine, qualem Stoici olim finxerunt ſapientẽ, ad id quod ſupra vires propoſuerunt, contendere non valent, animum illicò & calamum abijciunt. Verum hoc cacoethes à literis ac ingenijs noſtrorũ quàm longiſſimè abeſſe velim. Satis ſe eloquenter quiſque putet dicere, qui qualicunq́; contentus munditie, ad rem dicat appoſitè. Deniq́; qualiſcunque erit dictionis mediocritas, ſemper tamen ſtylum potius deijciat, quàm animum: calamum autem abijciat nunquàm. Breuiter id curet, vt cordata ſit orationis facies magis, quàm meretricia. Quemadmodum enim plus placet velut in formoſa virgine, natiua formæ ſimplicitas, qualis qualis ſit, nulla foris aſcititia pigmenta oſtentans: ita in oratione fucata affectatio, quò à natura recedit longius, hoc magis riſui, & ſibilis hominum ferè exponitur.

Procemium quoniam in hoc genere non admodum deſideratur, poterit illud διδασκαλικὸς noſter, vel ſuo arbitratu, lege Atticorum omittere: vel eius ſupplere loco aliquid, quod rem ſuſceptam affectui lectoris impenſius cõmendet: veluti exponens quàm vtilis ac neceſſaria ea doctrina ſit, illiusq́; quàm latè pateat vſus, ſiue ad illuſtrandam diuinæ mentis effectionem in rebus conditis, ſiue ad regendas actiones publicas, priuatasq́; hominum, vel vt gubernet cognitionem noſtram in artibus, &c. itemq́; naturalem hanc notitiam ideo eſſe menti humanæ inſitam, vt monſtret Deum eſſe, qualisq́; ſit oſtendat. Deinde quæ incommoda ex huius ignoratione, quam abſurdæ opiniones hinc in hominum vitam naſci ſoleant, explicabit. Atq́; de ijs hactenus.

Duo exercitationum genera.

Nunc verò cum duo ſunt exercitationum genera, in quibus iuuentutem γυμνάζειν conuenit: alterum forenſe & oratorium, alterum quietum & ſcholaſticum: illud quidem ad ſplendorem forſan accommodatius, & vberioris eſt gloriæ, modò in excellentem naturam incidat. At huius quæ in rerũ cõmuni tractatione verſatur, multò potior & frequentior vſus eſt in conuiuijs, in congreſſibus, colloquijs, conſilijs, in diatribis ac ſcholis, deniq́; in omni vitæ parte nunq̃ non occurrens: tũ his maximè tẽporibus, vbi omnia diſputantium opinionibus & certaminibus differta ſunt. In quibus non tam flos ille oratoriæ magnificentiæ exigitur, quàm ingenium potius multiplici lectione, vſu, cognitione fœcundum, quod de re quaque propoſita breuiter, acutè, methodoq́; quadam dialectica ac philoſophica docere auditores poterit. Porrò quum de ſuperiori illo multa in Rhetorum libris paſſim comprehenſa ſint, nec adeò magnoperè ad noſtrum hoc inſtitutum attinet, de altero genere pauca obiter & perfunctoriè attingemus.

Loci Dialectici, & loci communes, quid differant.

Totum igitur genus hoc ſcholaſticum, quod dicimus & doctrinale, in locis ferè dialecticis & communibus conſtituitur: quorum illi viam modumq́; inueniendi ac docendi, puta à definitione, à partibus, cauſis, effectis, conſequentibus, ac pugnantibus, continent. At res ipſæ quæ inueniantur, quæq́; doceantur, quoniam cæterarum artium ſunt, non Dialectices propriæ, vel ex his artibus, ad quas propriè ſpectant: vel ex locis communibus, artium omnium materiam complectentibus, aſſumendæ ſunt. Hæcq́; obiter de locis dialecticis, qui à locis his communibus diſcernuntur hac maximè ratione, quòd illi tantum quid in inueniendo ſequendum ſit, commonſtrãt: hi materiam ſuggerunt inuentioni: illi ad ordinem tractandi, hi ad memoriã ſubſeruiunt. Ex illis methodus diſcitur eruendi atq́; excutiẽdi, quid de re præſenti dicendũ ſit: ab his ſuppellectilem habes ad manum paratam, corũ quæ ab alijs dicta ac inueſtigata ſunt, dum inter legendum inuenta aliorum obſeruas, obſeruata recondis, recondita ad vſum exercitationis expromis, deniquè dum quaque in re quid floſculentum & inſigne ſit in σύλλογας locorum communium accumulas: Vnde, ſi proponatur ad tractandum materia, is qui nihil præter locos habeat communes, quæcunque ſub titulo eius loci, exempla, ſententias, chrias, authoritates, ad eundem locum pertinentes, ex probatis authoribus congeſſerit, ſcitè ac dilucidè in vſum proferet.

Porrò qui praeter locos communes, Dialecticam inſuper facultatem adiunxerit, is iamtum praeſcriptam eius artis, exorſus primum à definitione, caeteros deinde locos pulſabit, vt quid ab vnoquoq; dici poſſit, perſentiſcet: ea methodo ac via, quam per quaeſtiones dialecticas ad cognitionem cuiuſque thematis optimè peruenitur: vidz. vt de materia propoſita hunc in modum quaeratur:

1 An ſit. 4 Quae ſpecies. 7 Quae propria. 10 Quae diuerſa.
2 Quid ſit. 5 Quae cauſa. 8 Quae accidentia. 11 Quae circumſtantiae.
3 Quae rei partes. 6 Qui effectus. 9 Quae affinia aut ſimilia. 12 Quae exempla ac praeiudicia.

Quaeſtiones dialecticae ad inueniendum accommodae.

Nam his ferè quaeſtionibus duodecim, omnis continetur, atque magna ſanè ex parte cuiuſque rei rectè conſiderandae ratio.

Hac demum propoſita methodo inſtructus iam locis communibus adoleſcens, poſt haec rem ipſam aggredietur, quae ſi multiplex ſit, tribuet ſuis partibus. Moxq; ſingularum partium diſcrimina ac definitiones ex autoribus quotquot poterit petitas adducet. Tum quae propria eius vis, quae actiones, quae propria ſedes illius, ac locus ſit: ad haec, cauſas rei omnes ordine ac diligenter perſequetur: in quibus principiò quamque inſtructiſſimum eſſe, valde intereſt. Inter haec, vbi opportunum videbitur, quaeſtionem vnam aut alteram de re ipſe agitabit. Aliorum opiniones & obiecta de re, quae ſint, quotquè ſint, aperiet: vel ipſe quae obijci poterint confinget, ſingula interim confutans, vel confirmans, vt res feret. Caeteros item locos de contingentibus, pronuntiatis, ac pugnantibus excutiet. Interim exempla, ſimilitudines, apologos, ſententias, ac teſtimonia, prouerbia quoq;, & apophthegmata paſſim per vniuerſam tractationem inſulciet: non ſecus quàm ſanguis per venas omnes in humano corpore ſpargitur, & vitam praeſtat. Neque vero neceſſe hic fuerit, vt perpetuo orationis contextu, quemadmodum in reliquis cauſis, in tanta rerum varietate vtamur: id etenim pluſculum artificij, ac laboris permultum exigit. At expeditior forſan ad celeritatem via fuerit, ſi prothematis quibuſdam, velutq; per aphoriſmos res tranſigatur: hoc enim facilior erit ex vna re in aliam tranſitio.

Haec quoniam vſu quàm praeceptis melius elucent, poterit exemplum de re quacunque ſtatui: puta de affectibus. Cuius tractationem argumenti ingreſſurus, breui prooemiolo pauca (ſi libet) de eius rei doctrina praelibabit adoleſcens, eaquè quàm vtilis ſit, exponet: primùm, quòd conditricem vim, & ſapientiam Dei, quae in rebus conditis manifeſtius lucere ſolet, mirè nobis aperit: nec ſolùm eſſe Deum, qui rectè & facit omnia, & rectè factis gaudeat: ſed eundem etiam diligendum eſſe, ac metuendum, declarat. Porrò ad tollendas quorundam abſurditates, in hac materia non rectè iudicantium, tum ad regendam humanam vitam conducere oſtendet non mediocriter. Neque enim quicquid vſquam ab hominibus in homines delinquitur, alio fonte proficiſci, quàm ex affectibus ferè aut non rectè temperatis, aut intemperanter corruptis. Tum quia latius patet vocabuli huius complexio, affectus ſingulatim in ſuas partes diſtribuet: tum quae aliorum ſint diſtributiones, quae propria cuiuſque ratio, & ſedes ſit, quid Ariſtoteles a Platone, quid ab vtroque caeteri ſentiant, aut diſſentiant, commemorabit. Qui deinde affectus vitioſi ſint, aut ſecus aperiet. Quumq; nihil temerè vſquam a Deo inſtitutum ſit, in quem finem affectus in nobis impreſſi ſint, admonebit. Qui enim motus animorum eſſet, aut ad malorum ſupplicia impulſio, niſi peccati odium aliquod, iraeq; ſtimuli, hominum naturae affigerentur? &c. Hic interim licebit aſpergere, ſi quid porrigunt authores ad eam rem accomodum. Stoicorum praeterea abſurditates, quarum tria fere ſunt genera, proferet, productas refutabit. Quo in loco & illud recenſeri poterit quod apud Ciceronem in Academicis legitur, lib. 4. Atquè illi quidem etiam vtiliter à natura dicebant permotiones animis noſtris datas: Metum cauendi cauſa: Miſericordiam aegritudinemquè clementiae: Ipſam iracundiam fortitudinis quaſi cotem eſſe dicebant, rectè ſecus ne alias viderimus. &c.

Locus communis de affectibus.

Cic. de Academ. lib. 4.

Latiſſimus huius loci campus eſt: multaq; incidunt, vt fit, rebus inter ſe ita colligatis, vt ſeſe mutuò velut anſa anſam trahant. Itaquè vt opportunum viderit, quaeſtionem vnam, aut item alteram ſuo loco adijciet, quam ipſe poſtea propoſitam excutiet.

cutiet? puta, an ſit affectus omnes ſua natura vitioſi? an tollendi prorſus ab hominibus? Quo pacto ita dicitur in Deum cadere? An iraſcendum omnino Chriſtiano? an belligerandum? &c. aut ſi quid his conſimile aliud inciderit.

Porrò ſi exemplis hæc tibi dilatanda videantur, adhiberi hic poterit inſignis quidem ille, nec immeritò laudatus à Plutarcho amicæ commiſerationis affectus in Lacyde quodam Arceſilai familiare, Hiſtoria in hunc habet modum. Ceſiphicrates quidam Lacydis amicus, læſæ maieſtatis reus peragebatur, cui crimen deprecanti aderat inter reliquos amicos Lacydes hic quem dico. At quum impotentèr inſtaret accuſator, atque annulum exhiberi flagitaret, per quem coargui poterat, eum clam in terram dimiſit Ceſiphicrates. Quod ſimulatquè ſenſiſſet Lacydes, qui continus ei aſtitiſſet, pede mox impoſito annulum texit. Inficiatus eſt igitur Ceſiphicrates, & abſolutus dimittitur. Mox verò (vt mos tum erat) reo iudicibus agenti gratias, quidam è Iudicum numero, qui viderat, ſubridens iuſſit, vt Lacydi quoquè gratias ageret. Tanti valent affectus hominum cum cæteris in rebus omnibus, tum in iudicijs etiam quandoquè, vt quæ videas interdum, eadem te non videre efficiant, ſæpèquè non tam legibus quàm affectibus res humanæ gubernari videantur.

Plutarchus in Apophth.

Rurſus nequè multum huic diſſimile eſt, quod de Perdica alicubi in græculo quodam ſcriptore refertur. Olim capitale erat apud Alexandrum, ſi quis Heſtionem celebrare vel cunctaretur, vel neglectim coleret. Deferebatur apud eum Agathocles Samius, qui primos aliquandiu ordines apud Alexandrum duxerat, quod illachrymaſſe viſus eſt, præteriens Hepheſtionis ſepulchrum. Ingens haud dubiè miſero capiti periculum vndiquè imminebat: offenſa enim Regis ira placari non poterat. Intercedere nemo audebat. Nec deerat interim calumniatorum clamor & turba frequens. Nec vlla remedij affulgebat ſpes. Quid Perdica? Amicus pro amico magis quàm pro ſe ſollitus amici quidem caſum commiſerari potuit, deſerere non potuit. Ea videlicet ſynceræ amicitiæ vis ineſt, quæ vbi ſemel animum penitus occupauit, mirum quos ſtimulos excitat ad agendum. Quid ergo ille? Amicus in amici cauſa etſi omnia videbat deſperata, nihil tamen ſibi non tentandū exiſtimauit, Regem audacter adit, quumq; aliter permulcere eum non poſſet, opportuno adhibito cōmento perſuadet, fingens viſum ſibi in ſomnijs Hepheſtionē mandaſſe, vt Alexandro renunciaret, omnino parcendum eſſe Agathocli, quippe qui propterea illachrymaſſet, non contemptu, aut miſeratione aliqua mortis eius, ſed priſtinæ duntaxat conſuetudinis recordatione. Credidit Alexander, & euaſit amici ſeruatus beneficio Agathocles.

Lucian. lib. de calumni.

Etſi vero conſtat vicioſas permultas eſſe affectuum perturbationes, quibus humana mens ſæpe in cæcos furores tranſuerſa abripitur, at fit rurſus nonnunquàm vt eædem iſtæ permotiones magna præbeant adminicula ad res fortiter gerendas. Ideoquè ſolers rerum natura, haud temere mentibus noſtris naturales illas, τὰς ὀργὰς impreſſit, quibus ceu igniculis ac facibus ad virtutem capeſſendam animi vehementius extimulentur. Id quum innumeris paſſim exemplis in omni vitæ conſuetudine aſtruitur, tum haud ſcio an vſquam certius doceatur quàm in fœminæ illius, cuius meminit Valerius, ſingulari in matrem fide & pietate. Siquidem cum mater eius, nobilis alioqui mulier, ob quoddam flagitium carceri mancipata eſſet: filia non multo ante nupta, impetrata venia, indies ipſam interuiſerat, ſed ea lege, ne quid cibi ſecum inferret. Illa extracto vbere ſingulis diebus lacte matrem aluit. Iudex cum miraretur, quòd tanto tempore ſuperuixerat, repertum eſt quod fiebat. Tum Iudex pietate motus matrem filiæ condonauit.

Ex Valerio.

Haud multum huic diſſimile & illud exiſtit, quod de Conrado 3. Imperatore fertur: Qui quum Guelphum Bauariæ ducem diuturna ac moleſta obſidione fatigaſſet, nec vllis conditionibus a propoſita vrbis euerſione abduceretur: victus tandem nobilium fœminarum precibus, permiſit tandem, vt liberæ ac immunes abirent, ea lege, vt nihil ex vrbe, niſi quod humeris poſſent, efferrent. Tum illæ naturæ magis pietate, quam poſſeſſionum cupiditate accenſæ, poſthabitis cæteris rebus omnibus, ducem ipſum, maritos, liberos, ac parentes ab humeris ſuſpenſos geſtare cœperunt, ex quo Imperator in magnam perductus admirationem, nec minori affectus volup-

Pietas fœminarum ſpectabilis.

tate, cum temperare a lachrymis non poſſet, non ſolum ſeueritatem & iracundiam omnem animo depoſuit, ſed hoſti etiam ignoſcens, in amicitiam eum, ſimul cum ciuibus vniuerſis iubebat admitti.

Atq; de Affectibus hæc quidem hactenus. Succurrebat hoc loco & aliud præterea exemplum ſuperioribus adijciendum, quod ad Theologorum propius inſtitutum pertineret, de vera videlicet obedientia, aut re alia conſimili: quoniam ea materia pluribus inuoluta circumſtantijs pluſculum ferebat cum ad dicendum, tum ad iudicandū difficultatis. In qua primo explicandum fuerat, quæ eius natura exiſtat, quot modis, quibusq; verbis obedientia apud ſcriptores definita ſit: quoniam non vna eius finitio apud Theologos eſſe ſoleat. *Locus communis de obedientia.* Partes deinde illius quæ ſint, quæ ſpecies, tum quæ ſingularum partium ratio conſtet aperiendum: quarum alia Deo quidem tribuitur, alia hominibus. Atquè illa ſimpliciter abſoluta ſtatuitur, perpetua lege per ſe immota & irrefragabilis: hanc vero quæ hominum propria eſt, limitatam dicunt ſcholæ, ac proprijs quibuſdam cancellis circumſcriptam. Porrò qui accuratius iſta partiri ſolent, diſtinguunt obedientiam in Spiritualem & Ciuilem. Spiritualis eſt quæ nos Deo eiuſquè verbo ſubijcit, non ſolum verbi miniſtros, ſed ipſos etiam in Republ. principes, qui & ipſi Dei miniſtri apud Paulum dicuntur, & cuſtodes vtriuſque tabulæ conſtituti ſunt. *Rom. 13.* Qua ratione nec minus verbo Dei obedientiam Ciuilis debet magiſtratus in ſuo exequendo munere, quàm ipſi in eccleſia Miniſtri, licet non pari vtrobique conditione. Princeps enim in re politica ad regulam diuinæ voluntatis ita omnes ſuas componit rationes, eiq; ſubiacet, vt nulli præterquàm Deo ſoli ſubijciatur. Idem quum efficit miniſter in docendo ac prædicando, non ille tamen ſolum Deo ſubijcitur, (quemadmodum Rom. Pontifex cum ſuis ridiculè de ſe nugatur) ſed politicæ etiam poteſtati æquè cum alijs ſuccumbere eum neceſſe ſit.

Atquè hæc ciuilis dicitur obedientia, quæ cunctos ex æquo communi neceſſitatis vinculo, mortales non ſolum ſub Dei maieſtate, ſed ſecundum Deum ſub ſuo etiam cuiuſq; aſſignatæ poteſtatis imperio continet atq; inuoluit: ſiue eccleſiaſticæ ſint perſonæ, ſiue qualeſcunq;. Nā neq; has ipſas diuina excludit authoritas, quæ iubet vt *Omnis anima ſublimioribus poteſtatibus ſubdita ſit. Rom. 13.* Idēq; habetur apud Titum. Et in epiſt. 1. Petri, 2. Quin & Paulus ad Timoth. adijcit, *Pro illis deprecandū eſſe.* *Rom. 13. Tit. 3. 1. Pet. 2. 1. Tim. 2.* Adde & his Chryſoſtomi ſententiam quæ cum ſcripturæ verbis non incommodè concinens, non modò Prophetas, Euangeliſtas, & Monachos omnes, ſed & Apoſtolos ipſos ſub principali redigit poteſtate. Quamuis verò in ſublimiori verſentur materia Eccleſiarū miniſtri qui ſpiritualia tantum & cœleſtia tractent, nullius ſubiecta authoritati: at iidem tamē quatenus homines ſunt, & ciues, & in ciuium ſocietate verſantur, pariter ſub ordine ſuorum principum venire conſentaneum eſt, vt ſi rectè prouinciam gerant, laudē ferant: ſin ſecus, cenſuram ſubeant. Intereſt enim boni principis, non ſolum vt corporibus paciq; externæ prouideat, ſed vt animis etiam ſubditorum conſulatur. Id quum ipſe per ſe præſtare nequit, cura tamen adhibenda eſt vt per idoneos ea fiant, quæ ad eccleſiæ pertinent ædificationem: etſi non prædicet ipſe qui princeps eſt, nec ſacramenta pertractet, nihil tamen id obſtat, quo minus qui indignè iſtis funguntur myſterijs, ſub legitima coercione ciuilis poteſtatis reſtringantur.

Hæc cum multò fuſius dilatari pro rerum immenſitate, poſſent: tum multa reſtabant alia in eodem hoc perſequendo negotio præterea inſpicienda: Quæ propria vis obedientiæ, quæ effecta, quæ accidentia, aut repugnantia, quæ deinde cauſa efficiens, quæ materialis, ac finalis ſit. Adeoq; quum tota hæc de obedientia tractatio à circumſtantijs ferè pendeat, pro diuerſitate rerum, temporum, & perſonarum hæc nobis ponderanda ſunt, diligensq; adhibenda animaduerſio, quid, cui, à quibus, quaue ratione deferendum ſit: quouſq; progrediatur obedientia, quæ initia, quos fines habeat: principum quàm latè pateat poteſtas, quis vigor legum, quatenus & quouſq; obligant edicta magiſtratus: Ex hac circumſtantiarum varietate permultæ huic inde enaſcuntur hypotheſes. Quippe quum tantum valeat in Repub. Regum legumq; authoritas, quæ ſubditis imponat obediendi neceſſitatem, ſi iucunda hic ſit collatio, quæri poſſet, vtrum Regi, an Legi magis parere oporteat: an vtriq; pariter ex æquo?

Si ex æquo: iam vtrinſq; exæquaſti potentiam, vt nihil princeps habeat ſupra legem quod agat, neq; lex, quàm princeps minus. Sin differentia ſit eminentiæ: Ea quænam ſit videndum. Regis ne dicemus, an legis maiorem poteſtatem? Nec difficilis ſolutio. Si lex Dei, aut naturæ exiſtat, tenenda ſemper regula eſt, Deo magis obtemperandum, quàm hominibus. Nam ſi propter Deum obeditur humanæ poteſtati, quantò magis Deo ipſi noſtra debetur obſequentia, iuxta principij regulam: Propter quod vnumquodq; tale eſt, illud ipſum eſt magis tale. Quod ſi autem ius ſit humanum & poſitiuum: reſpondebunt hic ſcholæ, Superiorē eſſe principis maieſtatē: non ita, vt perruptis legibus, contra ius & fas, liceat ei præcipiti cupiditate ſeſe in omne nefas vt libeat, effundere. (Digna enim vox illa Veri, & Antonini: Licet legibus ſoluti ſumus, attamen legibus viuimus. &c. Nec minus honeſtè præcipitur à Theodoſio: Digna (inquit) vox maieſtate regnantis, legibus alligatum ſe principem profiteri. &c.) Verum in hoc poteſtas ei ſupra leges tribuitur, vt ſi quando res ferat, vt cum ratione poſſit aliquid mutari, quod lex fieri præcipit, princeps ſupra leges audiatur, cui honeſtè præſtari poſſit & debeat obedientia. At (inquies) cum nulla lex ſit modo honeſta, quæ non cum ratione conueniat, quo modo igitur cum ratione reſcindere id poſſit Rex, quod in lege iubetur. Equidem leges illas, quæ rectæ ſunt, haud diffiteor eſſe rationi conſentaneas: at hæc legum ratio generaliter tamen accipienda eſt, non particulariter: nam alioqui incidit quandoq;, vbi in priuatis quorundam caſibus aliter fieri rectè præcipiat princeps, quod aliter in lege ſit conſtitutum. Verbi gratia, vt de maleficis ſumatur ſupplicium communis dictat & rationis & legis regula, cui aduerſari princeps cum ratione non poterit: at idem tamen ſemper feciſſe in ſingulis, nec cuiquam aliquandò velle parcere, cum res ipſa, locus, & tempus efflagitant, adeo cū ratione non pugnat, vt nihil ſit magis rationi conſentiens.

Reſcriptum in inſtitutionem.

Lex Theodoſij in codice.

Cum igitur tanta ſit principum in terris poteſtas, quibus non ſolum propter metum, ſed propter conſcientiam ſubditorum debetur obedientia, ſupereſt adhuc quærendum, quouſquè obedientia hæc ſe porrigat. An ita eorum aſtringat authoritas, vt iiſdem non parere in omnibus, peccatum ſit mortale? An edicta eorum quæcunque obligent ad pœnam gehennæ? An qui violat legem humanam, peccet aduerſus Deum mediatè vel immediatè, vt cum ſcholis loquar? Præterea quum rex (vt Baldus ait) fungitur vice duarum perſonarum, Organicæ videlicet, & intellectualis, poteſt hic quæri, vtrum attendum ſit magis ad Intellectualem, in qua maieſtas, ſplendor, & virtus totius ſimul imperij, & membrorum dignitatem ipſam integrantium intelligitur: an Organicam, quæ eſt organum & inſtrumentum perſonæ illius intellectualis, ac in ſolo capite ſeorſum ſine reliquis membris conſideratur? His vt reſpondeamus, principio ingens indubiè Chriſtianæ obedientiæ vinculum eſt, quod nobis impoſuit Deus, vt magiſtratibus & parentibus ſubijciamur: at neq; nihil eſt rurſus, quod & magiſtratus, parenteſq; viciſſim ſuis debeant ſubditis. Qui poteſtati reſiſtit, diuinæ ordinationi reſiſtit, rectiſſimè docet Paulus: at aliud eſt certo propoſito publicæ reſiſtere poteſtati, quæ ex Deo eſt: aliud per infirmitatem, extra contemptū & caſum ſcandali auerſari legem vnam fortaſſis aut alteram, quæ non ex Deo eſt, ſed ex homine. Itaquè vt popularis eſt obedientiæ religioſa conſcientia ea obſeruare, quæ à procerum ordinibus indicuntur: ita rurſus & horum fuerit prudentiæ non temere conſtitutionibus huiuſmodi grauare populum, quibus non rectè conſulatur infirmis conſcientijs. Quanquàm nec in ipſis etiam violandis ſeditioſè obmurmurantium leuitatem probo, multò minus petulantiam foueo. Neq; enim vt non obliget lex, iſtud quæro: ſed quouſq; obliget, nempè, an violantem ad pœnam etiam gehennæ deprimat, hoc excutio, non de obligatione videlicet legis, ſed de pœnæ qualitate diſputans. Habent quidem magiſtratuum decreta mulctas ſuas, minaſq; propoſitas, quas equidem nequè deprecor, nec imminuo. Non fruſtra (inquit Apoſtolus) portat ille gladium. Eſto, ſed gladius hic vt ciuilis eſt, ita ciuiliter occidit, corpus opinor, ferit, non animam. Alioqui Dominum ipſum audiamus, qui de humana loquens poteſtate, Nolite (inquit) timere eos, qui corpus occidunt, animam autem occidere non poſſunt. Solus ille ius in animam habet, qui ſolus animam condidit. Principes quia imperium in animam non habent, corpus quidem obligare poſſunt corporis pœna ad obedientiam, ſed

Ex Molinæ, in commentaris ad edictum Henr. 2.

tiam, ſed an conſcientiam obliget, id poſſit [illegible] dubitari poteſt. Quid ergo (inquies) cum ciuili gubernationi obtemperare iubeamur, non propter iram, ſed propter conſcientiam: videtur igitur non corporis modo pœna, ſed conſcientiæ etiam ſcelere teneri, quiſquis ſui principis imperio in re quacunque præſcriptum legitimum violauerit. Verum quidem hoc eſſe fateor, at id contingit non ratione humani præcepti violati, quod per ſe propriè non agit in conſcientiam, ſed ratione diuini præcepti, quod quum imperat nobis obedientiam, violari certè ſine conſcientiæ ſcelere, & periculo gehennæ non poteſt.

[illegible]

Humana præcepta quatenus obligant cõſcientiam.

Ex quo, vinculum obedientiæ haud propterea laxatur, ſed tanto etiam fortius aſtringitur erga humanas leges. Cum enim Deus non ſolum ſocietatem ſui nominis communicauit ſummis dynaſtis, vt dij appellentur, ſed & vicem quodammodo delegauit, vt imaginem eius repræſentent in terris, haud obſcurum eſt, quantam proinde ſubditi debeant ſuo quiſque principi obedientiam, quantumq́; pondus edicta ferant magiſtratuum inter honeſtos ciues. Quanquam hic interim vt obiter admoneam, ſemper teneri oportet diſcrimen, quid interſit inter præcepta Dei, & hominum: quod nec ſimplex nec vulgare exiſtimandum eſt. Lex enim Dei vt ſpiritualis eſt, totumq́; requirit hominem: ita totum pariter & corpore & ſpiritu hominem obnoxium reddit, ac pœnis ſubijcit. Præterea in diuina lege, qui in vnum impingit mandatum, omnium pariter reus conuincitur, & qui non totam ſeruauit legem, totam violauit. In edictis vero ciuilibus res ſecus habet. Adde huc ꝙ vt diuina voluntas perfecta ſit & perpetua rationis norma, ita nihil ab eo præcipi poteſt, niſi quod modis omnibus excuſſum ſit, & abſolutum. Contra in conſtitutionibus hominum euenit vt non omnia omnino ad perfectæ rationis amuſſim quadrent, nec ad gnomones diuinæ veritatis ſemper conueniant: ſæpè etiam edantur multa, quæ vel ſuperflua, vel abſurda videantur nonnulla porrò eiuſmodi fortaſſis, vt parere omnino ſit nefas. Quocirca non tam arctè fines hi obedientiæ aſtringendi ſunt, vt neceſſe ſit ſingulis ſemper magiſtratuum omnium placitis ſub conſcientiæ periculo extra caſum ſcandali & contemptus obtemperare. Quin potius addendæ hic erant circumſtantiæ, vt pro ratione materiæ ſumatur obligandi modus. Poſtremo, non quid ſimpliciter iubetur, ſed quæ ſit iubentis voluntas ponderandum eſt. Quo in loco ſuccurrit non incommoda Gerſonis (vt mihi videtur) diſtinctio. Qui leges ita diſcernit, alias videlicet latas eſſe neceſſitatis cauſa, quibus, quum publico commodo & neceſſitati ſeruiatur, ſimpliciter requirit Princeps ſummam & neceſſariam obedientiam. Cuiuſmodi ſunt illæ omnes quæ cum communi ratione, cum iuſtitia, cum conſcientia, & verbo Dei cohæreant. Nam ijs tribus capitibus optimæ quæque ferè leges comprehenduntur. Rurſus alias dicit non perinde magnæ neceſſitatis eſſe, ſed ferri tamen illas decoris cuiuſdam vel conuenientiæ cauſa, vel etiam voluptatis fortaſſe interdum, aut alioqui priuato alicuius conſilio, magis quàm publicæ neceſſitatis reſpectu inductas. Atque in his quoniam vel temporaria ſunt, vel leuioris putantur momenti quæ præcipiuntur, ne is quidem ipſe qui condidit tam anxiam ſtrictamq́; poſtulat obeditionem. Itaq; in his voluntas conſideranda eſt legiſlatoris aut principis, quatenus velit obligare. Conſideranda rurſus & tranſgreſſoris mens, quo animo id facit. Semper enim in omnibus abeſſe debet petulantia offendendi, & caueri ſcandalum.

Diſcrimen inter leges diuinas & humanas.

In lege ciuili tria requiruntur. [illegible]

Ex Gerſone diſtinctio.

Iam verò præter hæc, quum varia ſoleant eſſe principum, atque parentum præſcripta, ſoleantq́; ſæpè multi ſua abuti poteſtate, quid ſi imperitè aliquid moleſtè, abſurdè atq; importunè a ſuperioribus præcipiatur (nã de manifeſtè impijs conſtitutionibus hic non iam ago) an is protinus contumax cenſebitur, qui dicto non ſit audiens, quiq; magiſtratui ſimpliciter non obſequitur in omnibus? Exemplis rem illuſtrius paulò aperiamus. Quid ſi princeps aut pater, qui medicinæ rudis ſit, qui neq; ſalubrium, nec contrariorum rationem teneat, ægrotantem ciuem, aut filium facere iuſſerit, quod noxium fuerit & inimicum valetudini, numquid ciuis id ſciens peccabit, ſi non fecerit? Quæro rurſus, Si princeps ipſe aut parens laborans ægritudine petierit vinum, aut cibum, vnde aucturus ſit ægritudinem, an medicus, aut ſubditus, qui ſentiens non paruerit, arguetur inobedientiæ?

Caſus obedientiæ ex circumſtantijs.

Ex Muſonio philoſopho.

Iuſſus à gubernatore, aut domino choraules quiſpiam rectè in muſicis inſtitutus lyram ineptè pulſare, aut præter numeros canere ac modulari, ipſe errorem intelligens, an mandantis auſcultare imperio teneatur? Quid ſi te gubernandi peritum monarcha inſcius clauum perperam mouere imperitabit, an feceris? Age quid ſi rex ipſe clauum ſuſcipiens, qui nauem agere non poſſit, omnia videatur ſubuerſurus, quid agas? Dices, rogandum eſſe vt gubernacula cedat peritiori. Quid ſi nolit, vtrum inuito potius extorquendum è manu clauũ dixeris, an ſinendus ille ſit, vt nauim cum vectoribus ac vectura vniuerſa in ſyrtes illidat, ac peſſundet in ſcopulos? Neroni perdenti Rempub. an ferendum erat, an rectè detrectatum imperium?

Pergo inſuper, quoniam cœpi ſemel fines indagare obedientiæ: Quid ſi catholicus rex aliquis Turcam in Rempub. admittere cogitet, qui admiſſus ſemel Chriſtiano nomini hoſtis futurus ſit, an ſubditi voluntati ſui principis morem gerent? Quid ſi in Chriſtiana Repub. Chriſtianorum regum quiſpiam imperium ſuum partiri cum Romano pontifice velit, vt iam ſubditi non ſolum cum legitimo ſuo principe coniunctam, ſed ſuperiorem etiam illo alteram poteſtatem ferre cogentur: non quæro quid hîc poſſint, ſed quid debeant: non quid viribus præſtare, ſed quouſq; per conſcientiam progredi liceat, ſi poſſint nobilium ac membrorum ordines? Nemini dubitandum eſt qui omni conſilio, ratione, ac precibus, omnia hic admouenda ſint pacis ac tranquillitatis remedia, quod omnium erat præſtantiſſimum. Sed quid ſi nihil his proficitur rebus, quin neceſſariò arma ſumenda ſint: quæro num inobedientiam excuſabit neceſſitas? hoc eſt, an ſeditio appellanda hæc erit, an iuſta potius defenſio? Vtrum contra regem, an magis pro rege arma hæc ſuſcipiantur? præſertim quum ſubditi nequaq̃ contra principem ipſum (quem obedienter colunt) nec contra ipſius titulos, honores, poſſeſſiones aliquas, neq; contra coronam, aut maieſtatem illius vllo modo minuendam aut labefactandam vires ac copias contrahunt, ſed huc tantummodo omnis ſpectat eorum vis, omniſq; ratio, vt rex ipſe, quem ipſi ſolum legitimum agnoſcunt principem, ſolus in ſuo regno & totus dominetur, excluſa interim ſuperiori poteſtate, quæ non in ſubditos modo, ſed in regem etiam ipſum iniuſtum affectet imperium. Qua in materia quid poſtulet, aut non poſtulet Chriſtiana obedientia, non hic excutio. Tantum viam indico, qua in locis tractandis communibus ingrediantur iuniores, ſi cui vlterius libeat per huiuſmodi campos expatiari. Incidunt in hoc obedientiæ loco, cum multa alia ſciſcitanda, tum dubitari & illud poterit: Quid ſi conſuetudo cum lege pugnet, vtri magis auſcultandum? Quid ſi magiſtratus, ſimul & pater in domum ingrediantur, filius vtrique aſſurgens, vtri ſedem ſuam prius deferet, qua de re non inelegans Tauri philoſophi extat apud Gellium diſputatio.

Ex Aulo Gellio Noct. Attic. lib. 2.

Ex ijs ſatis tibi perſpectum eſt arbitror (ſtudioſe iuuenis) quanti refert ad ſtudiorum fructus colligi ex authoribus ſi non ex omnibus omnia, attamen ex optimis ſane optima, & ſelectiſſima. Etenim quum in tanta ſcriptorum turba nullius ſufficiet memoria retinendis omnibus, profuerit certe non parum, memoriæ fragilitatem ſcribendi atq; adnotandi ſecuritate ſubleuari, adhibito locorum communium volumine, in quod velut in quandam memoriæ bibliothecam, cunctas eruditionis tuæ ſimul opes congerere licebit. Quod quo incipias maturius, hoc indies magis atquè magis tibi accreſcet cumulus. Quo nomine multos video & graues & ſummæ excellentiæ viros, ſua ſeriò deplorantes ſtudia, qui ſi conſilium hoc ſequuti per adoleſcentiam maturius fuiſſent, multò plus momenti ipſorum literis fuiſſe acceſſurum nec ipſi quidem ſuis in libris diſſimulant. Quod & ipſe poſthac ſenex aliquando verum experturus ſis, nihil addubito. Chriſtus interim Dominus ſtudiorum tuorum conatus fœlicitèr prouehat, ſecundetq; in omnibus, quæ perfectæ doctrinæ ſunt, & ſynceritatis.

⁂

Adulatio. Aſſentatio. Paraſiti.

The byrde Piralis [illegible] what clothe soever he sitteth [illegible] to be of the same colour

Aduerſitas. Miſeria humanæ vitæ. Res aduerſæ. Calamitates. Ærumnæ. Iacturæ. Pericula. Labores.

Vide. C. de S. p. 129. de Jubilo [illegible]

Affabilitas. Comitas. Popularitas. Populares.

[illegible]

Rely Exo. 5. [illegible] Ecclesia [illegible]

Esay 27. 6 7 & 8. Hath he smitten him as he smote those that smote him? or is he slayne according to the slaughter of them that were slayne by him? In measure in the branches thereof wilt thou contende with yt, when he bloweth wth his rough winde in the day of the east winde. c. 57. v. 16. For I will not contend for ever neyther will I be alwayes wroth, for the spirite should faile before me and I have made the breath. 17 For the wicked covetousnes [illegible] and smote him [illegible]

Though sorrow [illegible] at night yet joy commeth in the morning. They that sow in teares shall reape in joy. [illegible] Ps 32 Me liberationis canticis circumdabis. 7. thou preservest me fro trouble, thou shalt compasse me about wth songs of deliverance. c. 10

43. Feare not for I have redeemed thee I have called thee by thy name and thou art mine
2 When thou passest thorow the waters I will be wth thee and throughe the floudes that they do not overflowe thee. When thou walkest thorow the fire thou shalt not be burnt neyther shall the flame kindle upon thee
3 For I am the lord thy God the holy one of Israel thy saviour.

Cast thy burden uppon the Lorde and he shall nourish thee and will not suffer the righteous to perishe for ever. Ps 55. 23

Ps 81. 7. Thou calledst uppon me in trouble and I delivered thee and heard thee what tyme the storme fell on thee

Paule calleth yt the momentary lightnes of this affliction. 2 Cor 4. 17.

1 Pet 1. 6 Peter a little while now we are made sorrowfull & as David heavines may indure for a nighte.

[illegible] Causa

Primo [illegible] aedificatione affirmamus, [illegible]
[illegible] gradus [illegible] de fide.

1 Ut [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Mathei [illegible] [illegible] vocibus praedicans, [illegible] mirabiles [illegible] mirabilis [illegible] [illegible] ecclesiae [illegible]

[illegible] angelis [illegible]

[illegible] Tabernac[illegible] [illegible]

5 Archa [illegible] Ecclesia [illegible] mundi [illegible]

[illegible] Apo. 12 [illegible] Ecclesiae [illegible] discrimina [illegible]

Tradimus [illegible]

2° [illegible] [illegible]

3 [illegible]

4° [illegible]

5 [illegible]

6 [illegible]

7 [illegible]

8 [illegible]

9 [illegible]

10 [illegible]

11 [illegible]

Effecta

Efficitur [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Congruentia

Primo [illegible] 2° [illegible] 2° [illegible] 3 [illegible] Christi [illegible] [illegible] ad [illegible]

Propter [illegible] Augustinus dicebat [illegible] [illegible] commendet.

De vita cont. l. 2. c. 18

Specialis [illegible] ad salutem [illegible]
2 Tim. 2. v. 10. Ideo omnia sustineo propter electos ut et ipsi assequantur quae est in Christo Jesu cum gloria aeterna. [illegible] credentibus [illegible] aeternam.

Thowgh the lord gyve you the bread of trouble, & the water of
adversity, thy teacher shall be no more [illegible], but thy eys shall se
thy teacher. 20. v. 30 chapter. Esay

C. iij. 25.

Agricultura. Vita ruſtica. Rus. Ruſticitas. Ruſtici. Agricolæ.

Ambitio. Superbia. Arrogantia. Gloriæ cupiditas. Honoris appetitus.

Vide Superbia
Vide Honor

As the worme doth most breede in the sweetest wood and corrupt yt, and as the moth is soonest seene in the purest wool and finest cloth that we have. So pride is commonly seene in them wch are endewed wth greater gifts. the theyre fallinge .

[illegible]

[illegible] sollicitudo, dolor [illegible]
in nihil suspiria, lachrimae prope innumerabiles.
tandem [illegible] tanta mala et illa [illegible].

Amor. Amicitia. Charitas. Dilectio. Amici. Desideriū. Familiaritas. Familiares.

Optabam enim ego ipse anathema esse separatus a Christo, pro fratribus meis [illegible]

Plenitudo legis charitas. vide 1 Cor. 13.

Hos faciunt Hebraei [illegible] charitatis [illegible] gradus. [illegible] [illegible] Abrahamo [illegible] [illegible] tanto ante habuimus, cum foedus iniisset cum Abimelecho. [illegible] patriarcha [illegible]

Animus Mens.

d dust return to dust as yt was and the spirit returne to God that gave yt speaking of death. Ecclesiastes. 12. v. 7

περ ἐστιν ἡνίοχος ἅρματι καὶ κυβερνήτης πλοίῳ
ὴ μουσικὸς ὀργάνῳ τοῦτο εἶναι τῷ γηΐνῳ τούτῳ
σκεύει τὴν ψυχὴν ὁ πλάσας ἐνομοθέτησεν.
hri tom 5to p 183.

Ari. 3o de anima [illegible]. Ψυχὴ [illegible] [illegible] ἀθάνατον [illegible]
[illegible] Plato in Phaedro. Τὸ ἀεικίνητον, ἀθάνατον. ψυχὴ [illegible] ἀθάνατος
ἀρχὴ est ἀθάνατος. [illegible] πᾶσα [illegible] ἀθάνατον [illegible] [illegible]
ἀθάνατος. Plato in Phaed. [illegible] ἄρα ἐξ ἀνάγκης [illegible] ἀθάνατον
ψυχὴ ἄρα [illegible]

Animi autem voluptates et dolores nasci fatemur e corporis voluptatibus et doloribus [illegible] Neque enim [illegible] ad [illegible] [illegible] nec ad discordia dominantur [illegible] [illegible] dissidium sicut discordiam [illegible] partem vitae [illegible] [illegible] Animi autem morbi sunt cupiditates immensae et inanes, divitiarum, gloriae, dominationis, libidinosarum etiam voluptatum. Accedunt aegritudines, molestiae, maerores qui exedunt animos, conficiuntque curis hominum non intelligentium nihil dolendum esse animo, quod sit a dolore corporis [illegible] [illegible] de finib.

Mariano [illegible].

Artes, liberales. Mechanicæ. Quæſtuariæ.

6.iij. 39.

Aſtrologia. Aſtrologi, eorumque vanitas. Aſtronomia.

Astrologi Plus sapiunt aruspices in alieno iecore quam suo.

Auxilium

Divinum

G. iiij. 40.

Humanum

Esay. 30. vv 1.2.3. Therefore shall the strength of Pharaoh
be yr confusion, and the trust in the shadowe of Egypt yr sh[illegible]
[illegible] for reproche and nothing worth shall be the shadowe of
the Egyptians. c. ca. 31. Woe be unto them that go downe
into Egypt for help etc. and aske no counsell of the Lord.
But he will arise against the house of the wicked
and against the helpe of evill doers. v. 3. Now the Egyptians
are men, and not God, and their horses flesh and not spirit, and
and soone as the Lord stretcheth out his hand then shall the
helper fall and he that should have beene helped and they
altogether shall be destroyed

Ac illiberalitas et auaritia [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] nisi illa quae [illegible] A. [illegible] 4o. ca. 10

Quod si qui sibi [illegible] hominem [illegible] [illegible] [illegible] esse [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] causa [illegible] [illegible]. Ci. de [illegible] li. 1o

Sunt enim [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ad [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] nec libidini nec epulis, nec [illegible] [illegible]: quam [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] sed [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] cedi magis quam dedocendi esse videantur. Ci. de fini. li. 2.

[illegible] in ipsa [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].

There is no cause to move the wicked to forsake the world but [illegible]

Prou. 1. v. 17. Certaynely as without cause the net is spred before the eies of all that hath [illegible] verse 18. So they laye waite for bloode and lie privily for theire lives, 19 Such are the waies of every one that is greedie of gayne: he would take awaye the life of the [illegible] [illegible] when he is cladd with the covetouse and to be a murderer.

Baptismus. Regeneratio.

[illegible] Christi [illegible] 1 Co. 27.

[illegible]

Cal. in 5 ad Ephe. 339

[illegible] in membris meis [illegible]

Regenerat. 1 Co. 15.

45 [illegible] primus homo Adam [illegible]

46 [illegible] animale deinde spirituale

[illegible]
and Basa king of Juda [illegible] had always war [illegible]
[illegible] had peace as long as he [illegible] in the land [illegible]
with the king of [illegible] Baasha king of Israel [illegible]
after. 2 Chr. 13. 14. 15. 16.

[illegible] ab Annibale gladius P. R. dicebatur Mario

Militia Christiana declaratur [illegible]
adversus [illegible] adversus [illegible] adversus [illegible]
[illegible] quae sunt in [illegible]
adversus omnes [illegible]
[illegible]
[illegible]

Vid. Divitiæ

Bona naturæ: Fortunæ, animi.

K.iij. 57.

Omne bonum quod expetibile bonum magis [illegible] [illegible] honorabile [illegible]

Bona opera.

[illegible] bona opera [illegible] salutem, [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] operibus [illegible]
[illegible]

Ratio operum reddenda. vide Iudicium.

vide vide Abram. pa. 2. 10.

Nō iustificamur operibus vide, fides. 1.

Opera ut [illegible], vide fid. f. 2. Lex. 1.

Nō iustificamur operibus. [illegible]

[illegible]

Opera [illegible]
[illegible]

[illegible] spiritu [illegible] quod concupiscit caro adversus spiritum [illegible] adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem, haec enim sibi invicem adversantur [illegible] faciatis. Opera carnis [illegible] adulterium, fornicatio, immunditia, impudicitia [illegible] contentiones [illegible] dissensiones [illegible] [illegible] carnis et spiritus [illegible] [illegible] adversus [illegible]

Caro [illegible] multis carnis [illegible] [illegible] Caro [illegible] [illegible]

De carne [illegible] loquitur [illegible]

Cupiditates. Sapientia cupiditates [illegible]

Cupiditates enim sunt insatiabiles quae non modo singulos homines sed universas familias evertunt, totam etiam saepe labefactant rempublicam. Ex cupiditatibus odia, dissidia, discordiae, seditiones, bella nascuntur. Nec eae se foris solum iactant nec tantum in alios caeco impetu incurrunt, sed intus etiam in animis inclusae inter se dissident et discordant. Torquatus 1° de finibus.

Inanium cupiditatum nec modus ullus nec finis inveniri potest. Cic.

Epicurus 3 genera cupiditatum statuit: 1° naturales et necessarias, 2° naturales et non necessarias, 3° nec naturales nec necessarias. De fin. 1.

Inanium autem cupiditatum nec modus ullus nec finis inveniri potest. Cic.

Caſtigatio. Pœna peccati. Punitio. Scelerum vindicta. Coertio malorum.

[illegible]

Resurrectionem a mortuis

[illegible]

Christ called Elias and his office

[illegible] Elias the prophet [illegible] the turning of the hearte [illegible] he shall turne the harts of the fathers [illegible] and the harte of children to thayre fathers that I co[me] and smite the earth with cursinge

Et deus humana lustrat sub imagine terras

[illegible] Matth. 20. v. 28. [illegible]

Matth. 18. v. 11. For the son of man is come to save that which was lost.

De officio Messiæ.

[illegible]

Officium Chr. regis [illegible]

[illegible]

Officia Chri quæ in operibus consistunt [illegible]

[illegible]

Materia

[illegible]

Forma

[illegible]

Finis

[illegible]

Effecta

[illegible]

[illegible] Petro ac omnibus [illegible] claves [illegible] [illegible] authoritatem [illegible] [illegible] Evangelii [illegible] clavibus [illegible]

Usus Clavis in [illegible]

1 [illegible] clavium [illegible] potestate [illegible] officii [illegible] [illegible] claudendi et [illegible]

2 [illegible]

[illegible] Esa. 22. Clavis [illegible]

[illegible]

3 [illegible] in [illegible]

4 [illegible] officii [illegible] Christus [illegible]

[illegible] Evangelio [illegible]

In hac potestate nullus [illegible]

1 [illegible] claves [illegible]

2 [illegible]

3 [illegible] potestas in remissionem peccatorum Jo. 20.

4 [illegible] Mat. 16. [illegible]

5 [illegible] clavibus [illegible] 55. [illegible]

6 [illegible]

7 [illegible] Christus [illegible] Mat. 20 [illegible] claves [illegible]

8 Clavium potestas [illegible] Christi [illegible]

9 [illegible] 2 Co. 13 [illegible]

10. [illegible] ad aedificationem non ad destructionem

10 Petrus [illegible]

11. [illegible]

12 [illegible] Claves [illegible]

13 Petrus Apostolus [illegible] Evangelii [illegible] Romae [illegible] Petri [illegible] Romae [illegible]

Potestas clavium non ad solum pertinet Petrum.

1 Quando propositum fuerit Petrus [illegible] nomine omnium respondit.

2 [illegible] Mat. 18 omnibus tribuitur [illegible]

3 [illegible] Excommunicatio [illegible] Ecclesia [illegible] 1 Co. 5. 6. 2 Thess. 3. Ti. 3. 2 [illegible] 1. 10.

4 Petro credenti [illegible] claves [illegible] credentibus [illegible]

5 Omnes Apostoli [illegible]

6 Ecclesia [illegible] Petro [illegible] Christus fundamentum [illegible]

Petrus 1 Co. 3. [illegible] 1 Co. 1. Ep. 2.

7 Claves [illegible] Mat. 18 [illegible]

8 Origenes [illegible] clavibus [illegible] Chrysost. Hilarius Cyrill. August. [illegible] Ecclesia [illegible] Petro claves [illegible] Petrus [illegible] Christus [illegible] Ecclesiam [illegible] Petro [illegible]

διὰ τοῦτο [illegible] ἡμεῖς [illegible] [illegible]
[illegible], [illegible] τὸ [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible], ἵνα [illegible] [illegible] τοῖς
[illegible] τοῦ [illegible] [illegible]. Chry.
tom 5to fol 925

Calidade

[illegible]

Concilia generalia, Prouincialia. Synodus.

Q.5. 92.

Concupiſcentia.

Cupiditas carnis militat adversus animam. qui spiritu [illegible] [illegible]

The [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] 22. [illegible] [illegible] [illegible] 20. [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Christ [illegible] 5. 19. [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
And there was no [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] the 35 yeares [illegible] [illegible] [illegible]
in the [illegible] of the same, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] 15. [illegible]. [illegible] [illegible]
[illegible] the [illegible] & [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
of [illegible] all the [illegible] afterward

Conſcientia. Caſus conſcientiæ. Ratio. Rationis lumen. Dictamen.

Cruciatus conscientiae

conscientia stimulat maleficiorum tuorum te metus exanimant iudiciorum
[illegible] quocumque aspexisti, ut furiae, sic tuae tibi occurrunt iniuriae [illegible]
[illegible] non sinunt Ci. in parad.

[illegible] satis contra hominum conscientiam saepti esse et muniti videntur deorum tamen numen
[illegible] easque ipsas sollicitudines, quibus eorum animi noctesque diesque exeduntur
a dis immortalibus supplicii causa importari putant. de fini.

[illegible] in expositione somnii Scipionis ~~[illegible]~~ scripsimus pro vitiis suppliciis
[illegible] [illegible] [illegible], vivos sibi succedendo [illegible] quod [illegible]
conscientiae [illegible] significari docet.

nolite putare quemadmodum in fabulis saepenumero videtis eos qui aliquid
[illegible] scelerateque commiserint agitari et perterreri Furiarum taedis ardentibus
[illegible] fraus, et suus terror maxime vexat: suum quemque scelus
[illegible], amentiaque afficit. suae malae cogitationes conscientiaeque animi terrent.
Sext. Roscio.

Josephe in Ægipte had learned to sweare by the life of Pharao
the children of Israel beinge amonge Idolaters had learned to
Baal Peor and beinge mingeled amongest the heathen, they lear
theire workes, yea they worshipped and offered unto the Idol
Canaan theire owne sonnes and daughters &c so much that the
was defiled wth blood and they went a whoringe after theire
inventions Psa 106

Conſuetudo. Mos. Vſus.

Contemptus. Fastidium.

Itemq; cetera animalia in suo genere probe degunt.
congregari videmus, et stare contra dissimilia. Leonum
feritas inter se non dimicat, serpentum morsus non
petit serpentes: ne maris quidem belluae ac pisces nisi
in diversa genera saeviunt: At vero Hercule homini plu-
rima ex homine sunt mala. Plinius
li. 7. de miseriis hominum agens.

[illegible] ad Christianorum [illegible], crucis [illegible] in [illegible] Christi crucifixi [illegible]
[illegible] crucis [illegible]
crucifixi [illegible]
[illegible] Christus [illegible]
[illegible] Christus [illegible]
[illegible] crucifixi [illegible]

[illegible] Matthæi 26 [illegible]
Ab Christus [illegible] de execratione legis [illegible]
scripto [illegible] execrabilis [illegible] pendet in ligno [illegible] 21. 23.

Cultus Dei, verus, falsus. Vera, falsa religio.

[illegible] [illegible] [illegible] Spiritu in [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] Deum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] Rom. 14. 5.
